Se. Decet uerecundū esse adulescētē argyrippe. Ar. edepol pater

Merito tuo facere possum. Se. age ergo hoc agitemus conuiuuiū

Vino ut sermone suauis: nolo ego metui: amari mauolo

Mi gnate mi abs te. Ar. pol ego utrunq; facio: ut æquū est filiū.

Se. Credā istuc si esse te hilarē uideo. Ar. an tu eē me tristē putas?

Se. Putē ego: quem uideā æque esse mœstū ut quasi dies si dicta sit

Ar. Ne dixeris istuc. Se. ne sic fueris illico ego non dixerō.

Ar. Hem aspecta. rideo. Se. utinā male qui mihi uolunt sic rideant?

Ar. Scio equidem quamobrē me pater tristem credas nunc tibi.

Quia istæc ē tecū atq; ego quidē hercle ut uerū tibi dicā pater

Ea res me male habet: ac non eo quin tibi non cupiā quæ uelis

Verum istā amo: aliam tecū esse equidē facile possum perpeti.

Se. At ego hæc uolo. Ar. ergo sūt q̄ exoptas. mihi q̄ ego exoptē uolo

Se. Vnum hunc diem perpetere. quoniam tibi potestatem dedi.

Cum hac annum ut esses atq; amanti argenti feci copiam.

Ar. Hem istoc me facto tibi deuixisti. Se. qn te ergo hilarē das mihi?

Arthemone mulier. Parasitus. Demenet⁹.

Argyrippus. Philenium meretrix.

- Ar. In tu meum uirum hic potare obsecro cū filio⁹
 a Et ad amicam detulisse argenti uiginti minas⁹
 Meoq; filio sciēte id facere flagitium patrem⁹
- Par. Neq; diuini: neq; mihi humani posthac quicq; accreduas
 Artemona: si huius me rei esse mendacem inueneris:
- Art. At scelestā ego prāter alios meum uirum frugi rata.
 Siccum: frugi: continentem: a mantem uxoris maxime.
- Pa. At nūc dehinc scito illū ante oēs minimi mortales precii
 Madidum: nihili: incontinentem: atq; osorem uxoris suæ.
 Pol ni uera ista essent nunq; faceret ea quæ nunc facit.
 Ego quoq; hercle illū ante hac hoīem semp sum frugi rat⁹
 Verum hoc facto sese ostendit qui quidem cum filio
 Potet una: atq; unam amicam ductet decrepitis senex
- Art. Hoc ecastor est quod ille it ad cœnam quotidie
 Ait sese ire ad archidemum. cheream: cherestratum.
 Cliniam: cremem: cratinum: climiam: demosthenem.
 Is apud scortum corruptelæ: & liberis lustris studet.
- Pa. Quin tu illum iubēs ancillas rapere sublimem domum⁹
- Art. Tace mō: nā illū ecastor miserū habebō. Ph. ego istuc scio
 Ita fore illi: dum quidē cum illo nupta eris. Ar. ego cēseo
 Eum etiā hominē in senatu dare operam aut clientib⁹.
 Ibi labore delassatum noctem totam stertere.
 Ille opere foris faciendo lassus noctu aduenit.
 Fundum alienum arat. incultum familiarem deserit.
 Is etiā corruptus porro surum corrumpit filium.
- Pa. Sequere hac me mō: iā fixo ipsū hoīem manifesto opprias
- Ar. Nihil ecastor ē qđ facere mauelim. Pa. mane dū. Ar. qđ ē⁹
- Pa. Possis si forte accubantem tuum uirum conspexeris:
 Cum corona amplexum amicam: si uideas cognoscere⁹
- Ar. Possū ecastor. Pa. hē tibi hoīem. Ar. pii. Pa. paulisp mæe.
 Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant.
- Ar. Quid modi pater amplexandi facies. De. fateor gnate mi.
- Ar. Quid fatere. De. ex amore huius corruptum oppido.
- Pa. Audin qđ ait. Ar. audio. De. egon ut nō domo uxori meæ
 Surripiam ī delitiis pallam quam habet atq; ad te deferam⁹
 Non edepol conduci possum uita uxoris annua.

ues sine malo in / Arthemone
 utiles essēt. Ideoq; machina.

pars nauis habetur. Arthemone autem magis additamentum est q̄ pars nauis. pro machina Vitruui⁹ pollio libro nono intelligit his. In radice autem machinæ collocatur tertia co⁹ clea. eam autē græci epagonta: nostri artemonem appellant. At scelestā. dispunge hæc adulerina uerba: & ita ferme lege. ah scelestē: ut nequitia potestremissimæ senem demenetum taxet.

Frugi rata. super adiectitium uerbū legendum sui: hoc est arbitrata sum.

Sicum. marcellus ficcum exercitum. Plautus in asinaria ficcum frugi continentem: Cicero in sexto academico rum. alius adultis: alius ficcis: alius agilis: alius uinolētis. per seius. an sic cis dedecus obstem cognatis. Pol ni uera. hic loquatur arthemone. Ego quoq; parasit⁹ diaboli. Sese ostendit. post hæc in antiquissimis exemplaribus & hæc quoq; leguntur. se se ostendit quidquid est.

Climiam. cohærentius atticis sabbis si clinian legis: quo nomine præcipue pater alcibiadis censebatur. Ego ne istuc. hic parasitus loq̄. Fūdū alienū

Siccus.

Clinias p̄ al
 cibiadis.

oscena significatio uirginalib⁹ uerbis inuoluta: q̄ tñ est ex theognide cui⁹ luculētissimos uersus apposit

εχθαιρω γαρ γυμναϊκᾶ περιδρομον ανδρα

Οστιν αλλοτριην βουλητε ερουσαν ορευν. hoc est odi faminam ambulatricem: & uirum:

qui mauult arare alienum fundum. Iam fixo, corrige, Iam faxo.

Interibi.
Interbibere.
Capularis se
nex.
Capulus.

Interibi. interea. uox prisca. Lucius in apologetico. Interibi reualefco. Gellus libro octauo nocti /
um articularum. interibi aliquot ex his: qui cum harode erant: erraticum esse hominem dicere. Quid si
legis interbibe: hoc est pentrus & torum bibe. Capuli decus. capularis senex: qui propedtem futurus
est ornamentum capuli idest sandapila. Ennius pergit capulare cadauer. capulum dicitur quicquid
aliquam rem intra se capit. Nam sarcophagum idest sepulchrum capulum dici ueteres uolunt q̄ cor
pora capiat. Plautus in afinaria dicens de sene. perii misera ut osculatur carnifex capuli decus. Luci
lius satyrarum li /
bro secūdo: quem
illi cum uidissent
hortensius posthu
miusq; ceteri item
in capulo hunc nō
esse aliumq; cubari
Plautus in milite
quid ais: acheronti
cus tam capularis.
Item capulo proxi
mus. Neuius i pap
po. profecto dum
istos inuolaueris suf
fragatoris pater pl
in capulo q̄ in curu
li sella suspendit na
tes. Fulgentius pla
ciades. Capularem
dici uoluerunt se /
nem tam morti cō

Retcapula /
res.
Edentulus se
nex.
Mixtarium.
Decapulare.
Derrullare.
Fraces.
Nautea her /
ba.

Datat.

tiuum & reos capulares dicebant: qui capulo digni fuerunt: unde & lucilius ait. pergit capulare ca
dauer. & flaccus tibullus in helene comædia ait. Tu ne amare audes edentule: & capularis senex.
edentulum quasi sine dentibus dici uoluerunt: Capulum mixtarium ueteres appellauerunt hinc uer /
bum decapulare: quod significat derrullare: ut obiter aptiana uoce utar: hoc est scutula ex olla in ol
lam diffundere oleum. Plinius libro decimo quinto natu. histo. oleum in tabulato minui: deteriusq;
steri. Item in amurca: & fracibus. ea sunt carnes: & inde feces: quare sapientius decapulandum. Nau /
team. herba olenticeram fetutinamq;. Marcellus tamen sic interpretatur. Nautea est aqua de co
riis. uel quod est uerius aqua de sentinis dicta a nautis. Plautus in circullione. Nam omnium ungen
tum odor præ tuo nautea est. Pompeius. Nautea herba grans nigris: qua coriari utuntur: a naue du
ctum nomen: quia ναυτη εαυ facit per mutationem. T. in. C. sumptum ex cecilianis hisce uersibus.
Sed tua morosa ne uxor queso! Ma. quam rogas! se. qui tandem! Ma.
Tedet mentionis: quæ mihi ubi domum aduent ac sedt: extemplo sauium datat. se. Ieiuna anima! Ni
hil peccat de sauto: deuomas uol: quod fortis putaueris. Non mirandum. eradenda est hic negatio
Polinctorem. post hoc carmē desunt nonnulli uersus: quos sentio pro adulterinis repudiari. sed in
plautinum album ascribendi sunt: quando tanquam plautinissimi a fidei probatae scriptoribus rect /
plantur. Hi enim sunt.

Arth. Miser e castor erit. pa. Dignus est. Arg. quid ais pater! Arth. Ain tandem!

Aedepol næ tu istac cum magno malo tuo dixisti in me: sine

Ventasmō domum: faxo scias quid periculi sit dotatæ uxori conustium dicere,

Arg. Ecquid matrem amas! De. ego ne: illam nunc amo quia non adest.

Arg. Quid cum adest! De. pertisse cupio. pa. amat homo hic te ut prædicat

Arth. Næ ille ecastor sænarato funditat. Nam si domum.

Redierit hodie osculando ego uleiscar potissimum.

Arg. Iace pater talos: ut porro nos iactamus. De. maxime.

Puer i plaudite: & mihi ob iactum cantaro mullum date.

Te philenium mihi: atq; uxoris mortem. Hoc uenerium est.

Fænerato.

Fænerato funditat. Sensus est. certe hic probris me incesit fænore: hoc est duplici partitudine pro /
brorum in eum redundatura. & est aduerblum. Dicitur quis fundere fænerato: quando unum iacit:
& duo recolligit. Ouidius. Semina quæ magno fænore reddat ager. propertius. sape uenit magno
fænore tardus amor. Fundit inibi marcellus non funditat recognoscit: cutus hæc uerba sunt. Funde
re dicere. Vergilius æneidos libro tertio. talsa fundebat lacrimans. Plautus in afinaria. næ ille ecastor
funerato fundit: q̄ si funerato maui: ut in plerisq; codicibus scriptum est: ita lege.

Fundere.

Nec ille ecastor funerato funditrat. Dicitur enim quis non fundere funerato: quoties contumeliam dicit aduersus uirum hoc est acre & ualentem aduersarium: qui sanguinem habeat: & eum calentem: qui haec non ferat calidus iuuenta consule planco. Faeneratum amplius deflectimus a faenore: faenus inclinatur a fatu. At fatus a fordo uerbo: quod significat fero. Ouidius libro fautorum quarto. Fonda ferens bos est: faecundaque dicta ferendo. Hinc etiam fatus nomen habere putant.

Faeneratum unde. Fordo.

Ar: Ego pol uiuam: & tu his haec hodie cum tuo magno malo Inuocasti. Pa. ecquis currit pollinctorem accersere?

Arg. Mater salue. Ar. sic salutas? Pa. mortuus est demenetus: Tempus subducere hinc me pulcre: hoc gliscit praelium: Ibo ad diabolium. mandata dicam facta ut uoluerint. Atque interea ut decumbamus suadebo: hi dum litigant. Post demum huc cras adducam ad lenam: ut uiginti minas. Ei det: in parte hac amanti. ut liceat ei potirier.

Argyrippus exorari spero poterit: ut sinat.

Sese alternas cum illo noctes hanc frui: nam ni impetro Regem perdidit: ex amore tantum est homini incendium.

Ar: Quid tibi huc receptio ad te est meum uirum. Ph. pol me quidem Miseram hodie enecabit. Ar. surge amator: i domum.

De. Nullus sum: Ar. imo es: ne nega: omnium pol nequissimus. At etiam cubat cuculus. surge amator: i domum.

De. Ve mihi. Ar. uera ariolare: surge amator: i domum.

De. Abscede ergo paululum istuc. Ar. surge amator: i domum.

De. Iam obsecro uxor. Ar. nunc uxor me esse meministi tuam? Modo quum dicta in me ingerebas: odium non uxor eram.

De. Totus perui. Ar. quid tandem? anima fetet ne uxoris tuae?

Venerit est. fallissimum & fortuatis simum. Iactus. n. ueneris in lusu talaris faustus est & dexterius: quod tranquillus in augusto sic prope modum significat. Talis. n. Iactatus ut quisque canem aut senem miserat: in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat uniuersos: quod uenerem iecerat. Gliscit praesidium. marcellus. gliscit est cogelascit & colligit: uel crescit uel ignescit: turpillus in philo. cum te salutem uideo ut uoluit. glisco gaudium. Actus in aeneadis. Dissumam tibi puelum est quorum aut qui b9 se apti gliscunt. Pacui in peribae. Sed nescio quid nam est animi: horrescit atque gliscit gaudium. Salustius libro tertio: uento gliscente: & aucto mari. uergilius libro duo

Iactus ueneris foelix.

Gliscere.

decimo haud secus accenso gliscit uolentia turno. Mar. Tullius in hortensio. ad iuuenilem libidinem copiam uoluptatum gliscit illa: ut ignis oleo. Plautus in asinaria. Tempus est subducere hinc me. pulcre hoc gliscit praesidium. Regem. heri: patronum opsonatore: cutus praesepibus erant diutius accubator. Significanter protulit hoc Plautus. Reges enim luculentis autoribus appellant parasitorum heri: ita dicit ut credimus quod regalibus & saltaribus epulis parasitos infarciant: hoc potius quam quod famulosi sint & regalis sodalitati. Oratius in primo epistolarum. Mancipis locuples eget aris cappadocum rex. Columella libro primo agriculturae matutinum salutare signans inquit. somnum regis sui rumoribus augurat. In hanc significantiam donatus annotauit regem nomen esse ad aliquid: ut enim libertus est patroni. Ita rex parasiti: & parasitus regis. Martialis. Rex nisi dormieris non potes esse meus. Pol me quidem. hic ad struem demerum loquentem: praeter uxoris uersantia opido quam sollicitum. Cucullus. nomen contumeliosum quoniam doque: id significare flacco oratio eo hemistichio. magna compellat uoce cucullum. Plinius libro duodecimo naturalis historiae. In hoc tempore interuallo. quod decem diebus primis agriculturae raptae sunt ea: quibus praegedtis ante aequinoctium non suffecerit. dum sciat idem naturam exprobrationem factam putantur uites per imitationem cantus alitis temporariis: quem cuculum uocant: dedecus enim habetur obprobriumque meritum: fallacem ab illa uolucere in uitae deprehendi. ut ob id petulantiae sales etiam cum primo uere ludantur: auersio tamen detestabiles uidentur: Caeterum penitenti & interiori eruditione suffultum plautum cre

Rex qui.

De regibus contra communem opinionem.

Cucullus obprobrium. Enarratio orationis locus.

Cucullus alie
no nido ni-
dulatur.
De curuca.

diderim. Iurgiose & amarulente conjugem cucullum senem dicere nequam: & probro postremissima libidinis nota inustum nuncupare cucullum seu eo q̄ subagitat alienas puellas: ut cucullus in alieno nidamento fatificat. seu q̄ inquisitius est relicto proprio nido hoc est fundo uxorio in argyrippi nidum nidulari contendit: hoc est philenium imminuere. phisiologi scribunt inter quos præcipuus aristotiles cucullum uulpnari fraude animaduertere obseruareq̄ cum appetit tempestiuas partitudinis nidum auicula: cui curucæ nomen est: in cuius nidulo propriis exclusis oua enititur: ea suppo-

sita curruca sedulo sua sibi oua credēs incubat: & fouet: cum illa maternus rupit huius tepor Cum excluduntur pulli gaudet: & lætabundo uultu sibi placet curuca tanquam maiorem solito prolem: & pulcriorem ediderit. In dies itaque crescente cucullo de cor ipse cum matris affectu gliscit cõgermanescit ue. Cucullus ingentum patris affectu haud quaquam dememinit. Naturæ enim pietas opprimi potest non extinguit: illam inhâtem: & tam decorum sibi gnatum admirabundâ contigisse: deuorat impius & deglutit: quod & satyrographus pœta his inuit. Tu tibi tum

Cucullus corucã deuorat.

Promittere.

Indicatum.
Volup.

Plaudere i sine comædiæ
Plofor.
Plausibile.

curruca places: & ibi curruca patrem adulterinum filium pascentem significat. Promisit tibi. seruanum interpretamentum hoc est in secundo æneidos in expositione illius carminis. Si patrios unquam remeassem uictor ad argos promissi ultorem: & uerbis odia aspera moui. promissi per contractum ait: pro minatus sum: quia minamur mala: promittimus bona. Sic Oratius contra. At qui uultus erat multa & præclara minantis. Pol si aliud nisi sit. corrige. pol si aliud nihil sit. me tui pudet q̄ me tu in scorto inueneris. Indicatum. uulgatum. in oculis omnium & in propatulo. Sunt qui interpretentur indicatum hoc est indicta causa. Mall. lege male. Mi anime. subiungenda hic addita menta hæc: quæ in prisctis exemplaribus inueniuntur. De. ego uero sequar. Fecit uoluptatis. mensum est hic. dispunge & substitue uolup. pro uoluptate. Plautus in asinaria. hic senex si quid uxorem suam fecit uolup. Grex. histrio alloquitur gregem histrionum: uel fortassis hic grex histrionum loquitur: ut hæc dicto intersita sit ad dispescendos colloquutores. Plaudite. hoc obseruabatur in sine comædiæ: a quo uerbo plofor inflectitur Sardonio libro nono epistolarum: cum ratto poposcerit elucubratas raucus plofor audierim. hinc deflectimus plausibile Idem apollinaris. Dignus homo quem plausibus roma foueret uinis. Marcus tullius in catone maiori. Neq̄ enim histrioni ut placeat peragenda est fabula in sinem Solu modo. In quocunq̄ fuerit actu probetur: nec sapienti usq̄ plaudite uolendum.

De. Mirrhã olet. Ar. iã subripuisti pallã: quam scorto dares?

Arg. Ecastor qui subrepturum pallam promisit tibi?

Ar. Non taces. Arg. ego dissuadebã mater. Art. bellũ filium

Istoscine patrem æquum mores ē liberis largirier?

Nihil ne te pudet? De. pol si aliud nisi sit: tui me uxor pudet?

Ar. Cano capite te cuculum uxor ex lustris rapit.

De. Non licet manere: cœna coquitur: dũ cœnē modo?

Ar. E castor cœnabis: hodie ut dignum est magnum malum.

De. Male cubandum est: indicatũ me uxor adducit domũ:

Arg. Dicebam pater tibi ne matri consuleres mali.

phy. De palla memeto amabo. De. iubē hãc hinc abscedere?

Art. Immo intus potius: sequere me hac mi anime.

Arg. I domum. Ph. da fauium etiã prius q̄ abis. De. i i crucē

Grex hic senex si quid clã uxore suo aĩo fecit uoluptatis

Neq̄ nouũ: neq̄ mirum fecit: nec secus q̄ alii solent:

Nec quisquã est tã ingenio duro: nec tã firmo pectore:

Quin ubi quicquã occasionis sit. sibi faciat bene.

Nunc si uoltis deprecari huic seni ne uapulet

Remur impetrari posse. si plausum sic clarum datis

Plauti Aulularia.

Principium Commentarii Ioannis baptistae p[er] in Aululariam

Enex avarus. iter plautinas comœdias: quæ ad fabre & eloquenter scriptæ sunt una hæc aulularia meritissimo censeri potest: quæ scætet & profluit omni dicendi uenere: amentate: amano modulamento: modulatiore uerborum epimelia: quæ cû cultiore dicendi culturâ reddat: aiono neque discoducte: & ad ethica isagogica. quoniã ut autor est locupletissimus marcus tullius speculû ut

Argumentum.

Enex avarus uix sibi credens euclio:

Domi suæ defossam multis cum opibus:

Aulam inuenit: rursusque penitus cõditam:

Exanguis. amens. seruat: eius filiam

Liconides uitiarat. interea senex

Megadorus a sorore suus ducere

Uxorem avari gnatam deposcit sibi.

la narrat: uti scilicet sequestrata detestabili & exanimati teterrimæ auaritiæ cura agam9 maiorẽ salutis nostræ curã: quæ bulgæ: & marfypii nostri: nec auri sollib9 incubemus inhiantes: atque diuitiis gaudeamus ueluti picta tabella. super hac teterrima auaritia philostratus hæc libro quinto de uita apollonis tyãnei uespasianû admonetis. Diuitias igitur primû magni existima: nõ quæ in occulto repositæ iacet. quid enim eæ ab arenæ cumulis differunt. Nec eæ: quæ ex collatiõe tributorum a gementibus hoibus proueniunt. Sordidû autem putandû est aurû: quod ex lacrimis oritur. Diuitiis autem optime supra reges utris si cum egentibus eas cõmunicabis. Sane tam deest auaro: ut moraliter & apposite Seneca scribit: quod habet quod nõ habet. Sordidissimû uitium & peminosum est auaritia præcipue senis: qui deficiente uita uaticinû cumulat: & hic thesaurizat ubi fur & tinea thesauros suos corrumpent. Scribit aristoteles in æconomico peculiariter & domestice auaritiã in senibus: famineoque sexu debacchari: & in ualefcere: quippe eo infirmiori. & ne res parta deficiant metuentiori. Senex enim quærit: & quasitis miser abstinet ac timet uti. Senes auaros introducere in comœdia mos comicorum familiaris est: uel lucio apuleio testante. Non omittendû quod cõtra auaritiã facti hoc gracû adagium. *οφιλοχρηματα σπορταυ ελοι αλλοδευ ουδεν*. hoc est auaritia spartã & nil præterea: in hos dicitur: qui per omnia lucrari cupiunt. Hoc acceperunt lacedæmonii ab oraculo: quod respondit deus fore ut perderent cû argentû amabunt: autor aristoteles in lacedæmoniorum politia. Argumentû fusius & explicatius enodas subsequentem fabulæ materiam: si plautinû est non ascititiû: quod mallem: eo quod nõ ritu: modoque plautino compositum est: subsequens uerum est & germanum.

Argumentum Aululariæ.

Velto senex postremissimæ: profligatissimæque auaritiæ thesaurû iare præmõstrante repperit: sed ut humana est auiditas: quæ sine nõ habet: eo reperto uiuebat miserior in dies: Aulæque thesaurariæ misere cauens illã in horas fodit & refodit: illatebrat & exlatebrat. Illi in his anxio alla sollicitudo suboritur: quæ scilicet leonides adulescens nubilẽ: & unicã eiusce euclionis filiã uitiarat: appetenteque partitudine uxor eius staphila ancilla torquetur: timetque ne res palã fiat: & hoc quoniã megadorus senex illã promissam: dictamque propediẽ in legitimû matrimonium ducturus erat. Nec minus zelo: pudore: pauoreque leonides fatagit: qui cuperet sibi puellam euclioniam desponsari: conuenitque matrẽ eunomiã megadori sorore: omnemque stupri scenã illi cõmittit: utiturque auxillatrice: pro xeneraque ad reconciliandã sibi puellã. Mater eunomia gnato: ut fieri assolet: obsequens megadorû adit: oratque & tandẽ exorat uti leonidæ noua nupta delegetur: quæ ut æquis erat demultus sororis exorabulis megadorus concedit: deprecatur ab euclione ueniam leonidas: filiamque suam eo beneuolente ducit uxorem: Leonidæque suafore aulam redipsiscitur euclio: quæ inspectante Strophilo exobruta fuerat cum a sene meticuloso ne a coquis megadori subriperetur e phano fidei translata fuerat in siluanam lucum. Fabula agitur athenis. Interlocutores Megadorus: euclio: eunomia: staphila: strophilus: leonides. In quinque actus comœdia hæc dispartitur. primus est. exi Inquam: age exi: exeundû hercle tibi hinc est foras. secundus ibi incipit. uelim te arbitrari me hæc uerba frater. Tertius inibi habet auspicium. psagibat mihi animus frustra me ire cû exhibã domo. quartus ibi. Narrat amictis meis cõsiliû meû Quintus. Dixi tibi mater: Iuxta rem mecum tenes.

Senex. huiusce nominis diminutiû est senticulus & senuncio. sentica pro ancilla & uetula uetustis usurparum. uix sibi credens. suæ fidei non confidens: quærens tutamenta locorum: ubi reconderet aulã: & postquam indidem exobrueret suos oculos nedû alienos: & propriû genitû reformidabat. Euclio.

Aulularia elegantissima. Introductoria moralia.

Varietas uitæ auari.

ta cõadta est. Quæ solo nõ præceptiua est hæc fabula: & plane didascalica: cû meticulosû: modo frigentem modo feruentem: fatigentem & p̄c̄tissime exanimatû præ auaritia senẽ inducit: quæ si Ioculo in euclionẽ dicta cute ten9 appareat: de nobis tamẽ: ut ait ille: fabu

Philostratus de auaritia.

Sordidû aurû e lacrimis Senis auariæ fordidã. Auaritia in senibus & scemnis.

Gracû adagium.

Senticulus. Senuncio. Senica. Euclio.

Aut po.

Cognomēta
comēdiarū

nomen auaro: sollicito: custodi conuentens: atq; cōsentaneū si recte scribatur & examussim. eo parti
cula græcis bene significat. κλειω claudio. unde κλεισις clausura. κλεισις clauis: & pars: quæ disci
minat & dispecit pectus a ceruice. Atq; obsecrat. isq; cōmodius siue atq; scriberes. Aulam. ab hac
aula nūcupata plautina fabula ē aulularia cōsuetis ipsi priscais p. O. Iōga littera. au. diphthongū col
locare. hic caulis & collis: caudices & codices. & pleraq; id gen⁹. sup qua nō pauca uarro i libro de ln
gua latia. ab aula igi aulularia fabula. Cognomēta oīum comēdiarū & scripta ex quatuor reb⁹ ino

lūant: in oīe loco
facto: euentu: noīe
ut phormio terent
tiana: ecyra: curcu
lio: epidic⁹: loco ut
andria. facto ut eu
nuch⁹: afinaria: ca
ptiui. Eūētu cōmo
rientes. A facto po
ti⁹ q̄ ab eūētu fabu
la hęc aulularia uo
cata: dū scilicet eu
clio saraglt & festi
nat aulā obruere:
postmō tāq; corda
tius rescipiscēs exo
bruere atq; rescals
purif meditat⁹: a
quo facto cludēdi
aulā & recludēdi
nūcupatim uocata

Chitra.
Chytropodes
Tegana.
Sartago.
Diota.
Ottus.
Aſio.
Auxila unde
Correctus lo
cus catonis.
Merreta.
Trua.
Situs bar /
batus.
Matellio.
Scutriscum
Nasiterna.
Infundibulū
Matella.
Contra acur
sum.
Durus.
Dirus hanl
bal.

ta aulularia. possēt: & ab eūētu uocari aulularia q̄ppe cū repta sit a seruo leonida: suadēteq; hero se
ni restitura. Caterū mallim a facto. Χυρρα græcis aula: a quo noīe. Χυρρα δ̄ fabrefactor & sigul⁹ olla
rius nūcupat. Ollæ cū pedib⁹ græcis itidē Χυρροποδες appellant: quā dictionē & i leuitico repies.
Has uernacula lingua nos hodie bononiēses tegana uocam⁹: quæ p̄ba dictionē ē τηγανον græcis sar
taginē seu ollulā culinariā appellatib⁹. Δουρα gemis aurib⁹ isignita oratio dī ollula. ωτ ουο græ
cis uocātib⁹ aures. hinc nocturnalē & noctuagā auē plicatili plumula caput insignitā uocant ottū:
latini: ut plinius autor est alionē. plato de dyota intellexit i eo libro: cui titul⁹ est hippias hīscē uerbis:
quales sunt ollæ quādā utrinq; auritæ. porro ab aula deducit hypochoresimos auxila: q̄d̄ infra patebit
aprius atq; testat⁹. κηλον aulā oleariā græci nūcupāt: Ollis similia cato in re rustica dicit ollaria.
Mallē ex antiq; catonis exēplaribus olearia uti signet citla supius explicata. Olearia: q̄d̄ hoc cōfir
mat ab eodē subicit metreta. Aquaria olla est ahenū. Trua seu trulla. Sicilū barbatū. peluis. matellio.
Trullū. scutriscū. matella. nasiterna. Amphoræ ollariæ dicunt & catoni. Aquale plauto pro aquario
truceo dictū. Infundibulū catoni: plinio: ceteris canaliculatū uasculū os habēs explicatori. latiorq;
orificio. Matellā pro uase stercorario pleriq; oēs autumāt: ex epigramatario poeta ceteris. Huic non
ab similib⁹ usus est scaphiū: q̄d̄ inscitissime & spurcissime accursius interpretatus est esse cingulū militare
cū sit uasculū: quo exonerare uentrē egerētēs assolēt: & in quo olenticera & excrementa deiciuntur
catoni dōla amurcatia ad amurcā seruandā. Vitiat⁹. in pugiliis cereris: de q̄bus affatim inferius
dicem⁹: & iam dixim⁹ in nostris annor amētis. Megador⁹. auūculus liconidis: petti is filia euclionis
nescius tamen eam deuirginatam prius & incestatam a liconide. Durus. euclio. inflexibilis. Inexora
bilis: qui detrectabat imperiū: repugnabatq; ueritus ne quid de aula persentisceret megadorus: quā
illectus opulens pauperrimi fillam peteret: cum factiones megadori non essent cum suis æquabiles.
Durus oratio nō semel: & ab quintiliano imitatione oratiana uocatur hanibal & achilles: quoniā ad
quæq; laboriosa: erummosa: dura: ardua: difficilia: operosa exanclanda perpetendaq; perseuerabat.
Dirus itidem supra punicam crudelitatem & perfidiam inhumanus & abhominabilis. Atq; in fide
lloris antiquitatis codicibus inuenies scriptū esse isq;: hoc est ille senex absentia sua sermonem mega
dori interrumpens & aufugiens: ueritus ne illum oblectaret: atq; uerbis demulcentib⁹ & gratis retar
daret megadorus usq; donec ab antcula suspecta intromissi serui sentis effoderent aulam: ablit miser
rime timidus præcipue cum seramentorum sonitum: quæ ad fodendum ortum megadorus destina
rat exaudiret. Vxori amanti. siue megadorū liconides obsecrat ut sibi cadat puella euclionia sua
amante hoc est amica: ut amanti sit sextus casus: uel orat ut cadat sibi amanti uxore filla euclionis:
quā scilicet megadorus uxorem petebat. Per dolum. raptam a seruo liconidis doloso dum in au
lo nemore illā tumularēt: interim strophilus liconidis seruus arbitratus: & cōtemplatus est ex arbore
Adfectus. cruclat⁹: exagitat⁹: tortus: alibi plura dixim⁹. hic cornelio celso affecta mēbra maculata

Adfectus.

uocāt: & languescētia. Abstrudit: extrudit expellit: extigit. Fortis. scribe foras. Ita enī res se hūit. Cōgronē ueluti furē thesaurartū licentiose p domū uagantē palabundūq; coercuit euclio: baculoq; se cit eius fissile caput: illū abigens foras: Cū huc cognatū uenisset etus iniustu: ac missu megadori. si ue ro legere malle foris itellige abstrudit hoc est illatebrat: fodit. occultat foris in aede scilicet fidei aulā siue in aulo luco illam occultat. Compressoris. liconidis uitatoris illiusce puellae. is seruus strophilus appellabat. Surpīt. surripit: surreptitiā clandestināq; furatrina aufert. per sincopā surpuit & surpīte

Surpīt.

Lubensq; ut faciat: dat coquos cum obsonio

Auro formidat euclio: abstrudit foris.

Re omni inspecta compressoris seruuulus

Id surpīt: illic euclioni rem refert.

Ab eo donatur auro uxore & filio.

Lar Familiaris.

pro eo quod ē surripuit & surripite: surpuit memet mihi dixit orati9 plautum fortassis amulabundus. Filio. fortassis eo: quē nuperrime peperit euclōta puella. In pri scis plauti codicib9

fic scriptū est. ab eo donat euclio is & filia. ut itelligas ab eo hoc est ā licone donatū euclionē: etusceq; filiam: ut hoc muneris instar fuerit. posses eruditius & significantius ita interpretari donat auro euclio: hoc est aula inuēta: is hoc est liconides qui pes fuit & caput ut inuentref aula donat ab euclione filia: cum eā postmodo duxerit uxore. Lar. nec deus interfit nisi dign9 uindice nodus extiterit ex oratīa nō documēto lar uice prologi fungens inducti: qui denarrat rem oēm quēadmodū ad senem puenerat: eo uindice & indice thesaurū: quod fidei suae comissum fuerat: & hoc inqt aestitasse: quo eā facilius nuptum si uellet daret. Is ueluti qui domus penitissima pnosceret explicat oia capaciū. oēm q; stupri scenā retegīt: a quo: & quēadmodū in peruigiliis stuprata fuerat euclionis filia. & is lar quia semel & nō amplius in proscenio cōparebit πρὸ τῆς ἰσθμῆος πρὸς τὸν θεόν hoc est protatica psona uocitat. Lar qui scit ipse explicat. qm̄ diuali habitu si probo credimus succinctus in scenā uenit: facieq; diutina: Suplus ubertim & affluenter annotatū quo nā pacto quo ue uestimento lar amictretur. ex snia lucii apuleii in dæmonio socratis nouimus corpus atq; animum humanū duobus nominibus comprehendī: quorum cōmunitio & copulatio sumus: & secundo significatu species dæmonū sit aīus humanus exutus & liber stipendii uitæ corpore suo abiuratis. Hūc uetere latina lingua reperio lemurem dicitatum. ex lisse ergo lemurius: qui posteriorū suorū curam sortitus pacato & quieto numine domū possidet lar familiaris dicitur. Qui uero ppter aduersa uitæ merita nullis bonis sedibus interuagatione: ceu quodam exilio puniunt inane terriculamentū bonis hominibus: ceterū noxiū malis. Hunc pleriq; laruā perhibent. Lar græcis κατ' οἰκιδίον cum nunq; domo discedat appellatus: uerū nostris penētralib9 inhæret. laribus ut ait pedianus asconius dati sunt ludi: qbus raptæ sabinæ: ut inde sit Vergilio prolatū: & magnis circensibus actis. Claudius annaltū qntodecimo: grundibat grauter pecus suillū. Hinc quoq; grundiles lares dictos accipimus: quos romulus constituisse dicitur: i honore scrofa: quæ. xxx. pepererat. Hoc ita esse mō affirmat cassius in secunda historia. pastorū uulgus sine cōtentione cōsentendo præfecerant æqualiter imperio remū & romulū: ita ut de regno pares inter se essent. Monstrū sit sus parit porcos triginta: cui refecerūt laribus grundiles. Multi quemadmodū apuleius abiuratis hincorporis uinculis animas putant in dæmonas conuerti. sed ex proclo in libro de aīa & dæmone ad hæc cōsultanda uerba subscripsi. Non igitur admittemus eos: q dæmones aiunt esse nostras animas hac uita iam functas in aliāq; translatas. Non enim decet dæmonē p habitudinem quandā consideratum in idē cōferre: atq; ipsum essentia dæmonē neq; medietatē mundanorū oīum sempiternā ex uita quadam constituere multifariā pmutante seipsam. Stat enim semp eodē pacto custodia ipsa dæmonica continuās uniuersa. Anima uero nō ita suū retinet ordinē: ut ait socrates in re publica. Alis nāq; temporibus utras altas eligit. Nec illos iteā cōprobabimus: qui deorū aliquos esse dæmonas arbitrantur erraticos deos ut putat amelius. sed platonē ipsum sectabimur deos qdē dicentē dominos uniuersi. Greges uero dīs dæmonū subiguntur: & ubiq; rationē diotimæ cōprobabimus: medium dæmonibus ordinem inter deos: mortalesq; tribuentē. Lar ut autor est seruus i bello marit dabatur pro tessera hoc est simbolo bellico. lares Ouidius libro secūdo fastorū igt genitos fuisse ex lara mercurio. Fitq; grauis: geminosq; parit qui compira seruant,

Et ut gillant nostra semper in urbe lares.

Sunt lares cognomēto præstittes: de qbus idem libro fastorū quarto. præstitibus malæ laribus uidere chalendæ aram cōstitut: paruaq; signa deū. ara erat illa qdē curibus: sed longa uetustas destruit: & sa xa longa senectā nocet. Causa tamen positus fuerat cognominis illis q; præstant oculis omnia tuta suis. præterea qm̄ facta est de lemurius mentio: sciendū lemuriā diē coluisse romanos. Fastorū libro quinto Ouidius. Ritus erit ueteris nocturna lemuria dixi infertis tacitis manibus illa dabūt. Dicitur & remuria mutata littera. mox etiā lemures animas dixere silentes. humana umbra cōuertebatur in laros. Seruus quarto æneidos. Valde illud queritur apud philosophos qd illud sit quod iferos petat.

Protatica p
sona.

De lare.

Lemures.
Larua.Grundiles la
res.

Lar p tessera

Præstittes la
res.
Lemuria diēs

**Tribus cōsta
mus.**

Nam tribus constamus: aīa: quae sup̄erna est: & originē suam petit. Corpore quod in terram deficit: Umbra quā lucretius sic definit. supra spoliat⁹ luminis aer. ergo umbra si ex corpore creata est sine dubio perit cū eo: nec est quidq̄ reliquū ex homīne: quod petat. Sed deprehenderūt esse quoddā simū lacru: quod ad nostrī corporis effigiem fictū inferos petit: & est sp̄ies corporea: quae non pōt tangi sicut uentus. De lemurib⁹ sidonius libro septimo epistolaꝝ. quaq; uenis lemurū se clamat cadere turba. lactantius libro diuinag. institutionū primo. larā uel larundā matrem larū uocant. Familiaris.

Lararium.

dōesticus. sedes do
mesticarū & fre
quenter huiusce fa
miliae colens. Vn
de. ex quo familiari
larario. sic enim la
rariū uocamus id
sanctariū: quod in
colere solet lar fa
miliaris. Patri. lo
quendi figura est.
ego colo tibi p̄ da
tū casum: quē ue
rusti cōmendatitū
uocarūt hoc ē iur
litatem tuā compē
ditū: emolumentū.
Sic enim dicitur co
lo tibi hoc est in ho
norem: utilitatem
tuam. compendū.
emolumentū. Hic
enim ita dicit colo
patri hoc est iur
litatē patris hono
rificā ut ad despon
sandam filiam sup
pedicaret opem: &
auxiliū. Hui⁹ en
clionis. Hic. i his
penetrabilib⁹ in hac
domo. & diciticos ē
Habet. habitat.
effigiant mecha
nemate tēporario
domus illorū: de q

**Thesaurus.
Flautis.**

b⁹ comēdia cōponebat. Thesaur⁹. positurā cellam. sōdinā: locum ubi seruaret aurum: auri reposito
rium: loculamentū. hac dictione sciant eruditi scriptores. & gellius uerbis hūc prosteretur. Sed. Q.
ualerū foranum solitū dicere ait. quos thesauros grāco noīe appellarem: priscos latinos flautis
dixisse. ἠθροῦς ζῶο colloco in loco remotiori significat: a qua uoce thesaurus appellatur. paulus de ac
quitrendo rerum domino. Thesaurus est uetus quadam depositio pecuniae: cuius non extet memo
ria: ut iam dominum non habeat. Sic enim sit eius qui uenerit: quod non alterius sit. Alioqui si quis
aliquid uel lucri causa uel metus uel custodiae condiderit sub terra non est thesaurus: culus etiam fur
tum sit. Clam omnis. clandestino calatu: nemine sciente. Foco. locum: posituram: pauimentum:
ubi sit ignis focum uocamus. Huc uergit is tibullī uersiculus: & meus assiduo luceat igne focus.

Focus.

**Auidus.
Honor.**

Is. auus huius euclionis. Auido. auaro cuplētē & auenter expetente ne quis latebram nosset ubi
locorum tectus esset thesaurus: ne si fata darent ut uiueret exlatebratum frustra doleret. Honorem
haberet. marcellus. honor sacrificium litatio. Vergilius libro sexto. forte die solemnem illo rex ar
chas honorem amphistryoniadae magno diuis⁹ ferebat. Plautus in aulularia. & quidem maiorem si
lius mihi honorem habere q̄ eius habuisset pater. Habuisset. post hanc dictionem in probatori
bus exemplaribus superadditum est pater. quod & in codicibus marcelli reperies. Impendio. ualde
sumopere. ipense. Item. pariter: itidē: adaq; quēadmodū is me prateribat incultū: inornatū: ita il
lius ego sui cōtemnific⁹ atq; neglector. Filia. ea: in cuius dotē augificandā: insigniendā: exornandā
thesaurus is a lare seruabat: custodiebat ue. eaq; significat: quae in thesmophoris licontidis utolentia

Prologus.

E quis miretur qui sim paucis eloquar.

n Ego lar sum familiaris: ex hac familia

Vnde & euntē me aspexistis: hāc domū

Iam multos annos est quum possideo: & colo:

Patri: auoq; iam huius qui nunc hic habet.

Sed mihi auus huius obsecrans concredidit

Thesaurum auri clam omnis in medio foco

Defodit uenerans me: ut id seruarem sibi.

Is quando moritur ita auido ingenio fuit.

Nunquam indicare id filio uoluit suo.

Inopemq; optauit potius eum relinquere.

Quam eum thesaurum commostraret filio.

Agri reliquit ei non magnum modum

Quo cum labore magno: & misere uiueret.

Vbi is obiit mortem: qui mihi id aurum credidit:

Cœpi obseruare ecquid maiorem filius

Mihi honorem haberet q̄ is habuisset.

Atq; ille uero minus minusq; impendio

Curare. minusq; me impartire honoribus

Item a me cōtra factum est. nam item obiit diem

Is ex se hanc reliquit qui hic nūc habitat filium

Pariter moratum: ut pater auusq; huius fuit.

Huic filia una est. ea mihi quotidie

fuerat iminuta. De summo loco. ditissimus. locupletissimus. ex nobili stemate: linea: sectacula. psapia: natalibus. Vno sunt di sumi: calipotentis: ultramundani auiterni: quales sunt duodecim di cōsen-
 tes atq; selecti nuncupati ab ennio duobus hisce uersibus comprehensi.
 Iuno: uesta: minnerua: ceres: diana: uenus: mars:
 Mercurius: Iouls: Saturnus: Vulcanus: Apollo: de qbus augustinus: marcus uarro in liminari pagina
 de re rustica: terrullian⁹. apuleius cōcertatim & cōsone multa prodiderūt: Hos

Di cosentes

Medioxim⁹

Patellari⁹

Aut thure: aut uino aut aliquo semper supplicat:
 Dat mihi coronas: eius honoris gratia
 Feci thesaurum ut hic reperiret euclio.
 Quo eam facilius nuptum si uellet daret:
 Nam compressit eam de summo adolescens loco
 Is scit adolescens quæ sit: quam compresserit.
 Illa illum nescit: neque compressam autem pater
 Eam ego hodie faciam: ut hic senex de proximo
 Sibi uxorem poscat: id ea faciam gratia
 Quo ille eam facilius ducat qui compresserat.
 Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex.
 Is adulescentis illius est auunculus
 Qui illam stuprauit noctu cereris uigiliis.

litamine: sacrificioq;
 digniori piabant.
 sunt appellati me/
 dioximi: quos mo/
 dico sacrificio cole/
 bant. Sunt & di mi/
 nutuli: quos & pa/
 tellarios aliubi pla/
 ut⁹ appellat. qppe/
 patella: hoc est leuis
 & ihonoratori ua/
 sculo. solitis hosce/
 priscis honorare.
 Hos siue his similes
 οζωωωω quasi di/
 cas erraticos & si/
 ne propria sededo/
 micillioe fulus ma/
 ronian⁹ interpret/
 & capella uocant
 tanq̄ cali sedē non/
 stabilem habeāt: si

thuscule libamineq; meraco colunt: quod de gento constat uel perselano hemistichio. funde merum
 gento. Oratius libro secundo epistolaz. Tellurem porco: Siluanū lacte piabant: floribus & uino ge/
 nium memorē breuis horæ. Censorini uerba nec aschola nec acolma nō uisa prætereunda: quæ sunt
 hæc in libro de die natali ad cerealiū. Id moris institutiq; maiores nostri tenuerūt: ut cū die natali mu/
 nus annale gento soluerent: manū a cæde ac sanguine abstergerent: ne die qua ipsi lucem accepissent
 alii demerent: Illud etiā in hoc die obseruandū: q̄ gento factum neminē oportet ante gustare: q̄ eum
 qui fecerit. Aliquod. scribimus aliquo: hoc est nonnullo alto libamine sacrificioq;. Quæ scit. nouit
 perspecte & ad libellā adulescentis liconides filiā euclionis a se cōstupratā. Illa suū stupratorē ignorat.

Geni⁹ thure
 colif.

Autumo.

Autem. repete scit pater. Mallim dispuncta priori dictione scriberes autumat: quæ ex litteraz con/
 finio procliuiter ex hac in illā deluxata est. & expone retur: credit: existimat. autumo ab opinatis ido/
 nesciq; scriptoribus significat dico: cenleo: spero uel marcello teste. Inuenim⁹ in cōmentario nigidia/
 no uerbū autumo cōpositum ex ab præpositione & uerbo estimo dictūq; intercisse autumo quasi ab/
 estimo qd̄ significaret totum estimo tanq̄ ab numero. Sed illud magis quarti. inspiciq; dignū est uersa
 ne sit: & mutata ab præpositio in au syllabā ppter lenitatē uocis. an potius au particula sua sit pro r/
 pria origine: & perinde ut pleriq; aliæ præpositiones a græcis: ita hæc quoq; inde accepta sit? Sicuti
 est in illo uersu homeri. αβρασι αβραχοι. Hic senex. megadorus ille prouectoris ætatis auscul⁹
 liconidis: & indice digitulo designat eius domiciliū. Antiqui hic & hæc senex dixerunt: Pompeius. In
 epigrāmate: quod marc⁹ uarro in libris: qui sunt de lingua latina profert. Tua amica est senex sicuti
 ennius ueter dixit eo uersu. Cum ueter occubuit priam⁹ sub marte pelasgo. A sene dicif senecio. Af/
 frannius in prodito. Tu senectonē hunc satis est si seruas auus. Senectutis autore seruis sors est quies
 & ocium. sicut pueritiæ ludus: amor adulescentiæ: ambitus iuuenilis ætatis. Quo facillius. sensus hic
 est. ut procliu⁹ liconides eam ducat uxore dabo operam diuino nixu & auxilio ut megadorus illam
 petat: uti liconides timens ne præda sua portat. Alter ingenue consisteat se illam incestasse: & uxorem
 ducat. Cereris uigiliis. athēis atticis ubi fabula hæc recitari singebatur solemniter: & ibi pōpaliter
 sacra celebrant: quæ cerealia dicebant: & perseverabāt per nouē noctes: illis thesmophoris nomē in/
 ditū: ad quæ aggeratim cōfluebat turba multifaria peruigilio cererem colens: inuptiq; utri inuptaq;
 puellæ: de quibus meminit ouidius metamorphoseon libro decimo.

Veter.

Thesmopho
 ria.
 Vitex.

Perq; nouem noctes uenerem. tactusq; uiriles
 In uetitris memorant: ulticem siue agnū supponi cubiculis faminarum: ut a libidine incorruptiores
 essent in thesmophoris auctores sunt plinius: & lactantius papinianus interpret: a quoz castimonis
 integrandis & reseruandis αϑυωσ hoc est purus & castus uir ex græcis dicif: Thesmophora idest legū
 inuentrix ipsa ceres appellat. θεσμοφορια cerealia. θεσμοφορια cerealia celebros. θεσμοσ mos ue/
 tus: lex. At ne longū factā in recēdendis oium ad hanc rē cōueniētib⁹ astipulationib⁹ ad ānotamenta

nostra recurre. leges cererē inuenisse: eiusq; sacra thesmophoria dicta testis est Seruus aeneidos libro quarto. Senex. euclio. Vt solet. clamorosus & obiurgator erat senex ex misera formidine ne surripere tur aurū inosolū. Ne scit cōscia. staphilā eliminat ne possit arbitrari: & animaduerrere ubi nā locorum aulam infodiat thesaurariā. Exi. senex suspicax atq; formidolosus ne in exfodiendo aulā uide retur a uetula familiari iurgiosus cōtumeliosusq; acerbe & immaniter illā domo exigit in sciā cur pene tralibus excluderet: & ut plautinis uerbis utar exedificaret. Circūspectatrix. quā fiunt oīa circū

Circūspectatrix.

quaq; quaquauer lum cōtemplans & conspiciens. Apulei in secūdo apologetico uti hae dictione: cui hae uerba sunt. uidistis profecto qui affutit is q̄ improba iuenum circūspectatrix q̄ imodica sui ostentatrix. Emisficis. Hiantib; exilientibus egredientib; e caulis pene propriis emisfis ex capite nimio acietendore: uti rem signet audius: & cupidus a uetula inspectam. Verber

Emisficis.

Verbera uerbis.

Agle senectus Vita.

Mala aetas.

Seges.

Sed hic senex iam clamat intus ut solet.

Anum foras extrudit ne sit conscia.

Credo aurum inspicere uolt: ne surreptum fiet.

Senex Euclio. Staphila anus.

Xi inq; age exi: exeūdū hercle tibi hinc est foras:

e Circūspectatrix cū oculis emisficis

Nam cur me miseram uerberas? Eu. ut misera sis

Atq; ut te dignam mala malam aetatem exigas.

Sta. Nam qua nunc causa extrusisti ex aedibus?

Eu. Tibi ego rationem reddam stimulorum seges:

Illuc regredere ab hostio: illuc sis uide

ras. hoc prolatum est tanquam uerbero senex calcibus: pugnis: manibus pulsaret: caderet: impingeret aniculam: quā causā nescia cur scilicet eiceretur tam amarulēter iurgiosq; e domo quaerit cur non contentus excludere sine causā uerberet. Sunt qui interpretari mallunt uerberas hoc est uerbis iurgiosis: amaris: iracundis obtundis: uerbera quandoq; ab emunctae naris scriptorib; posita & usurpata pro uerbis: quod & priscianus edocet eo uersu.

Psitacus humanae fingit qui uerbera lingua.

Macrobius libro septimo saturnaliū. quid laboramus opinione sic inanem uerbis uerberare? porro staphila nomen est temulentae: bibosae: multibibae: merobibae uetulae cōuentens atq; cōsentaneū quippe uinosior aetas hae erat: & gratā munera uitae amat. $\sigma\tau\alpha\phi\lambda\eta$ uua est senectus enim q̄ cataractae aetates uini appetentior est. hinc prouerbialiter a terentio dictum aquilae senectus in bibosum. quippe cum aduentante senecta recuruet & inferius pandet aqlae rostrū: ita ut suctu uisuat. nec aliter cibum capere queat. In alia significantia uua locus est singularis: de qua meminit lactantius in libro de opificio. sed ita corrige. Nullam enim requiem meandi habere spiritus potest: quia is: qui semper com meat demissa utiliter de cerebro membri portione: cui uua nomen est uelut occurū quodam refrenatur: nisi aut teneritudinem domiciliū cum impetu uentēs. attracta pestilenti aura corrumpat: aut tota nocendi uolentia internis receptaculis perferat: Vbi nos uua substitutus legebatur perperam ima. De hac uua plinius libro undecimo naturalis historiae. Tonillae in homine: in sue glandulae: quod inter eas uuae nomine dependet ultimo palato homini tantum est: sub ea maior lingua epiglottis. Ut te dignam. sensus est. Te uerbero: exagito. impello: discrucio: ut aetatem tibi similem: & quem admodum mereris uiuas: ut sicuti mala es ita male. cruciabiliter: & misere uiuas. Exigas: perficias: agas. Malam aetate. uel simpliciter prolatū est hoc est in malo: in infortunio cōstitutam: picul: cruciabilitate: Seu qd potius malā aetate p̄senio positū. Nā aetate malā senectutē ueteres dixerūt. Afrā nī i uopisco. Mala aetas nulla desinimēta inuenit. Neutus i gallinaria sentū fonticū appellat. Quā nūc. i codicibus notae melioris post hae additū est me: quod & ratio & structus exposulat. Stimulorum. seges segetē stimuloꝝ uocitat staphilam euclio: quoniam in ea ueluti terra sementi parata com modissime stimuli seri possint: uelut in segete frumenti sementis. seges ex autoritate serutana praeter alia significata tellurem aratam: occatam: paratam significat. A stimulo stimulos homines Plautus appellat scite & eloquenter: in quos stimuli possunt exerceri. $\kappa\epsilon\upsilon\tau\pi\omicron\upsilon\upsilon$ graeci stimulum dicunt.

Illuc. in eam partem ab hostio remotiorem: & sequestratiorem. Illuc sis. dissiunge & dispece has duas dictiones ab inuicem uti post illuc dimetientem titulum loces: & repete uerbum regredere ueluti ab hostio facessere nolit anicula. siue illuc uolo te sistere uel regredi. Dicimus enim autore serulosa hic: sistite huc uti fortasse subintelligatur uerbum sistite. Sis. si uis. hortantis est: & irridentis uetulae fornicinum gressum: quae ob annorum imbecillitatem uincebat cocteam tarditudine.

Vt. q̄ tardigrado gressu: & polinario cribro succreto. Res se habet. sis ne quod infortunū: dānū
 p̄iculum te sequatur: quo pacto res se habebit. Grādibo. grādiore efficiā & celeriore. Adassint. Adasso.
 alibi scriptū est adaxint inclinamentū antiquum adasso: pro eo quod est adigant: ipellant: urgeant.
 Hoc pacto. In tātis contumeliis: arūnis: quas i me pliocenter & temere patrat. Murmurat. demulsa
 ra & demurmurata uerba p̄cedentia non audierat anus. a murmure fit hypocortisma hoc est d
 minurium murmurillum: Nunc. urget ut alternis semet absentet ab hostio uetula: & intellige

Adasso.

Murmurillum

Vt incedit: at scin quo modo tibi res se habet?

Si hodie hercle fuste cepero aut stimulū in manum

Testudineum istum tibi ego grandibo gradum.

Sta. Vtinam me diui adassint ad suspendium

Potius quidem: q̄ hoc pacto apud te seruiam: •

Eu. Vt scelestā sola secum murmurat

Oculos hercle ego istos improba effodiam tibi

Ne me obseruare possis: quid rerum geram. •

Abscede etiam nunc: etiam nunc. etiam hoc:

Istic adest: si hercle tu ex istoc loco

Digitum trāuersum: aut unguem latū excesseris:

Aut si respexeris donec ego te iussero

Continuo hercle ego te dedam discipulā cruci. •

Scelestiorem me hac anu certe scio

etiam nunc hoc est
 etiam parumper.

Et iā hoc. sunt qui
 cōtinuatim legant
 etiā nunc: nō discō
 uenit uti scribam?
 hoc diuisum ab ēt
 dictione tali sensu.
 abscede etiā. hoc &
 subintelligatur uer
 bum satis ē. hoc uo
 lo. sic tubeo. ut per
 apopsiopesin figurā
 gratam & cōuetā
 indignantibus hoc
 dictū sit. Ceterq̄ p̄
 ficulatis urriq; uer
 bis scribimus. ohe
 quod uerbū satiera
 tis est uelut cessio
 & sequestratioe ue
 tulæ satisfactus se
 nex iquiat ohe hoc

Ohe.

est iam affatim & ad nutum uoluntatemq; meam cessisti: satur est cum dixit oratius hoc satyrogra
 phus ait. epigrammatista in hanc sententiam dixit. ohe iam satis est ohe libelle iam peruenimus usq;
 ad umbilicos. Digitum transuersum. latitudinem tantam quanta sit digituli transuersi & compli
 cati per adagium prolatum & hoc. Vnguem latum. magnitudinem unguis prouerbiale est. u/
 gue latius solitum dicitari priscis qua elocutione scatenit eruditorum monumenta. ab ungue fit un
 gula & unguiculus in alta significatia uocamus unguen unguentum abdomem & id genus reliqua
 inspergimina: quæ sunt tetanothra hoc est erugatoria: siue acopa hoc est lassitudinem releuantia:
 siue anodyna somnum reducentia. ab ungue declinatur unguinosus: quæ dictio tantummodo reci
 pit. u. litteram: cum unguentum suffragante Seruio scribamus. Donec. in sinceritatis exquisitissimæ
 codicibus donec scriptum non temere reperies: uerum donicum: quæ uetustior est dictio: idemq; si
 gnificat quod donec. Plautus in pseudulo. hunc faciamus ludo supposititium adeo donicum ip̄sus se
 se ludos fieri senserit. Corrige asseuerante Marcello antiquitatis obseruantissimo carmen id apud
 Lucretium. Donec ad extremum uluendi perface finem: Omnia progeniū rerum natura creatrix.
 Tu dispuncta uelut adulterina priori dictione scribe donicum. Discipulā cruci. methaphoricos di
 ctum est. Consueuimus in pædotriucen: seu in ludum litteratorum nepulos nostros & puerulos
 dantes hac intentione dare ut progymnasmatis hoc est doctrinæ p̄exercitamentis deterio ruditatis
 oī pædore exercean: castigentur: frequentiores ad disciplinā stant sitiēter hauriendā: pariter staphilā
 miniat datuz discipulā cruci: ut illi inhæreat: aster: exercean ut doctore disciplinæq; lraꝝ cādidiati so
 lēt. a cruce fit cruciū hinc antiq̄ scriptoris elegans & perinde uenusta sententia: qui dixit uinū esse in
 suaue crucium: fit crucito uerbum: & cruciarius: qui cruce meretur: & nomen est opprobrianti:
 & contumeliæ: qua dictione non semel est usus seneca οδδυνάπερρη hoc est obiter corrige mendo
 sum locum: cufus mendi indoles inoleuit in omnibus fere codicibus ad hanc diem libro decimo de
 asino aureo Lucii uerba sunt hæc. Nec tantillum cruciarius ille: uel fortuna tam magni iudicii: uel
 confertæ conspectu curiæ deterritus. Tu scribe cruciarius: quæ doctis est usitatissima dictio ut crucia
 rium: uerberonē. mastigiam: crucis discipulum uocent. Sidonius apollinaris amplius libro octauo
 epistolarum mos est remeaturis decimum quenz captorum per æquales & cruciarias poenas plus ob
 hoc tristi q̄ superstioso ritu necare. Seneca libro octauo declamationum. Filiam rapit liber cum cru
 ciaritis: plus permisit seruo dñs q̄ tyrānus. Patibulum cruce & patibulum hoīem cruci suffixū plau
 tus: & ceteri dicitari: & si catoni patibulū serra sit. In opusculo catalecton maro Thau gallicū p̄ cru
 ce festiue dixit: & symbolicos thau ingens gallicū iminet ip̄semet male illustit. Gallis asuetis cruces
 in similitudine. T. litteræ formare. Scelestiorem. hæc ait sese in domum illatebrans exclusa uetula.

Digitus trās
 uersus.
 Vngue lati9
Grauare censeas. nescio qd uero habeo in mūdo. Ep. i modo
Alium conuiuiam quærito in hūc diem. Gel. Quin tu
Promittis. Ep. non grauer si possiem. Gel. Vnum quidem
Heracle certum pmitto tibi libens: accipiam certo
Si pmiseris. Ep. Valeas. Ge. certum est. Ep. Certum
Coenabo domi. Ge. Quando quidē tuam nō uis pmittere.
Vin ad te ad coenam ueniam. Ep. Si possim uelim. ueq;
Hic apud me coenāt alieni nouem. Gel. Haud postulo
Equidem me in lecto accumbere: scis tu me esse uni
Subselli uirum. Ep. At ii oratores sunt populi: summi uiri

stela musculum tra
hat his uerbis Apu
letus lib. ix. de asino
aureo notificat: Vi
sa est iterea mustela
mortuū serpentem
forinsecus mordic^o
attrahens: & de ore
pastoricū cāris uirēs
exiuit ranula. Cū
strena obsecrauit.
sunt q̄ legūt. Tum
renes obsecrauit: ut
mustelā dicat mutis
renes obsecrauisse:
metaphora sumpta
a secespirator & cul
trario sacerdote: q̄
exta rimat^o psecat.
eoz tñ probator ē
autoritas: q̄ legunt
oberrauit: ut pter
pedes hoc ē ppe pe
des suos dicat mu
stela errauisse murē
trahentē: ut signifi
cari ad se ptinere
peculiariter hoc au
guriū. ego obscena
uit lego dirū & ifoe
lix auguriū remo
uit nouo augurio.
Sic usus ē i asinaria.
metuo qd illic ob
scenauit meæ falsæ
fallaciæ: dū pter pe
des meos mustela
strāgularū traheret
musculū. Cū stre
na. iterptare cū stre
nitate. ē eni strena

Loc^o Apulet.

Strena.

Spectatum.

munusculū. qd in saturnaliis dabat: a strenuitate autore Pōpeto. In supiorib^o plautus inqt. Strena
dat strenue. hic p strenuitate strenā posuit. Bononiēses unica litterula mutata cū significare uolūt si
bi p præmio laboris pænētici munusculū debent: dicūt sibi deberi strenā: cū strenā pferre cōueniat.
Ausoni^o. pxi^omus ex lōgo gradus ē quæstoris amici curā pro strenis excubuisse tuis. Spectatū hic.
nōnulli legūt. spectatū hoc. Id auguriū inqt spectatū est. seu hoc ē spectatū id scilicet auguriū pbū:
Itqdū: & sincer^o ē. Id enim significatū qnq; spectatū hēt. Oratius. spectatū satis & donatū iam rude
quæris mœcenas itez antiquo me includere ludo. Ut illa uitā sicuti mustella uictū sibi necaro mu
sculo parauit: cōsimiliter deuictis aduersariis meis asiaticis scilicet parasitis mihi uictū ānuū parabo.
Sustentatū. curatū ē: dedi opā ut ppetuo ualerē. Musculo hic ut alibi fecit parasitū cōparat: q̄ ut
mus liguritor edit alienū cibū. Diogenes mures parasitos suos dicebat. Vocata opa. ab altero
uocatore opa mea ē uocata: cui ego me addixi. Censeas. affirma te uētuz. Habeo in mūdo.
aliquid inqt habeo in expedito. Vni subsellit. corruptus tritus codex legendū est imi subselli. Dār
enī hoies esse imi subselli: q̄ nō merent qm scilicet nulli^o dignitatis sūt i sumo lecto discubere. sup^o

Dicitur laconis nihil moror lacones imi subfelli utros. Bractearum extat id laconis adagium . qui praeter decorum collocatus ultimus in lecto inquit. Inuenisti quomodo locum honorares altoquin inhonorum .

Anbracia . Ambracia huc. scribendum. ambracia hi. Est enim graeca ciuitas ambracia. Strabo libro septimo. Chaones igitur ac thesproti: deinde castiopenfes: qui & ipsi thesproti sunt a ceraunidis montibus usq; ad finem ambracium maritima funduntur ora. Illic enim est ciuitas ambracia: a qua uocatur finis ambracius. **Sumates.** in summo subfello. **Infirmatis.** in infimo lecto accubans. **Proce**

dit parum . parum confert & condecit mihi legatio ciba r rta. De reliquis scribo de reliquis: hoc est de residuis et barioru: quae in maxima coena super fluit. Volo multum. fabintelligeturari. **Obnix** minus est. scribo. obnix magis est. hoc sensu. nihil mihi impensius: uberius: & fortunarius obstinate euenit: q; p'fus etiam si uiderim secundum augurium auspiciatum. **Qua** me ad illud. in prius scis exemplaribus legitur. q; me ad illum p'mittere. Apud me perinde. scribendum. apud me perinde idem post crastinum perende dicitur. **Marcus Tullius** Cras aut sumum perede. **Firmi amici** sunt. his suffragatur **Ouidius**. **Horrea** formicae uentit ad inania nunquam nullus ad amillas hinc amicus opes. **Vtq;** comes radios p' sol euntibus umbrae. **Cum** latet hic pressus nubibus ille fugit: **Mobile** sic sequitur fortunae lumina uulgus: q; simul amissa nube fugatur abijt. **Dixit** menander: homini male agentis procul amici. **Collabascunt** uacillant: titubant: errant. **Oium** me exile. legendum est exule: hoc est expete: uacuum: priuatum.

Postilla. postea: demum. **Qua.** p' qua uita maritima. **Volo** nos met potius. legendum est uolo potius.

Ambracia huc ueniunt huc legati publice. **Ge.** ergo oratores potius **Summates** uiri summi accumbent: ego infimatis infimus **(puli**

Ep. Haud aequum te inter oratores accipi. **Ge.** eq; de hercle orator sum

Sed procedit parum. **Ep.** Cras de reliquis nos uolo multum uale.

Gel. Peri hercle uero plane nihil

Obnix uno gelasimo minus est: q; dudum fuit

Certum est mustelae posthac nunq; credere. nam incertiore

Nullam noui bestiam. quin & ipsa decies in die mutat locum

Eam ego auspicaui in re capitali mea. certum est amicos

Conuocare. ut consulam qua lege nunc me esurire oporteat

Antipho senex. **Pamphilippus.** **Epignomus** adulescentes duo

An. Ta me di bene ament: mea q; mihi bene seruassint filias.

i **Vt** mihi uolupest pamphilippe: quia uos in patriam domum

Redisse uideo. bene gesta re abos te & fratrem tuum. **Pan.** satis

Abs te accipiam nisi uideam mihi te amicum esse antipho nunc quia

Te amicum mihi expedit esse creditur tibi. **An.** uocem ego

Te ad me ad coenam: frater tuus nisi dixisset mihi te apud se

Coenaturum esse hodie: cum me ad se ad coenam uocat: & magis

Par fuerat me dare uobis coenam aduenientibus: q; me ad illud

Promittere. nisi nolem ei aduersariet. nunc me gratiam abs te

Inire uerbis nihil desidero. cras apud me eritis & tu & ille

Cum uestris uxoribus. **Pan.** eat apud me perinde: nam ille

Heri me iam uocauerat in hunc diem. sed satin ego tecum

Pacificatus sum antipho. **An.** quando ita re gessistis uti uos uellem

Amicos atq; addecet. pax commerciumq; est uobis mecum.

Nam hoc tu facito cogites. ut cuiq; homini res parata est

Firmi amici sunt. si res laetae labant itidem amici colabascunt:

Res amicos inuenit. **Ep.** iam redeo. nimia uoluptas. si diu

Abfueris a domo. domum si redieris: si tibi nulla est aegritudo

Animo obuiam. nam ita me absente familiarem rem uxor

Curauit meam. omnium me exilem atq; inanem fecit

Aegritudinum. sed eccum fratrem pamphilippum incedit

Cum socero suo. **Pan.** qd agitur epignome. **Ep.** qd tu quamdudum

In portum uenis huc. **Pan.** longissime. **Epi.** postilla iam iste est tranquill' tibi

An. Magis q; mare qua abo estis uecti. **Ep.** facis ut alias res soles hodie

Exoneram nauem frater. **Pan.** clementer uolo nos met potius ne

Vicissatim, uicissim: alternatim. Cocta es, scribo, cocta ē. Istoc more, scribe cū diphthō
 go istoc morā. iā isto pacto si festinat min⁹ erit moramēt ad coenā cōcinādā. Apologū, moralē
 fabulā. Ausoni⁹, oblata p antiquarios mora scio, pmissi mei grām expectatōe cōsūptā pbe uir optie.
 In secūdis tñ hēo nō sefellisse: apologos Titiāni & nepotis chrōica q̄si alī⁹ apologus. Nā & ipsa sunt
 istar fabularū. Apuleius i libro de dāmōso socratis, sed de apologo q̄ritis non pigebit aliqd fabulari.
 Maxie, ē: licet: e grāco, illi enī dnt ααλῖστῶ ἀνυῆτες. Mea sint uobis, alibi, mea sūt nobis.
 Vicissatim, Apologus.
 Maxime, Celebs uidu
 us.

Oneremus nosmet uicissatim uoluptatibus. q̄ mox
 Cocta es coena, imprāsus ego sum. Ep. abi itro ad me: & laua
 Pan. Deos salutatū atq; uxorem modo intro deuortor domū.
 Ep. Apud nos hęc illa festinat cū sorore uxor tua. Pā. optumū ē
 iam istoc more minus erit. Ep. iā ego apud te ero. An. priusq;
 Abis præsente te huic apologū agere unū uolo. Ep. maxime
 An? Fuit olim quasi ego sū senex ei, & filia duæ erāt: quasi nūc meæ
 Sūt ea erāt duob⁹ nuptæ fratrib⁹ quasi nūc meæ sint uobis.
 Pan. Miror quo euasurust apologus. An. minori ille adulescenti
 Fidicinā & tibicinā peregre aduexerat: quasi nunc tu, sed ille
 Erat celebs senex: quasi ego nūc sum. Pan. perge obsecro
 Præsens hic quidē est apologus. An. deinde senes ille illi dixit
 Cui⁹ erat tibicina: quasi ego nūc tibi dico. Pā. ausculto atq;
 Animū aduorto sedulo. An. ego tibi meā filiā bene qui cū
 Cubitares dedi: nūc mihi reddi ego æquū esse abs te: qui cū
 Cubitē censeo. Pan. quis istuc dicit, an ille quasi tu. An. quasi
 Ego nunc dico tibi. immo duas dabo inquit ille adolecens
 una si parum est
 Et si duarū pœnitebit inq̄t. addentur duæ. Pan. q̄s istuc quæso
 An ille quasi ego. An. is ipse quasi tu: senex ille: quasi ego. si uis
 inquit quatuor
 Sane dato. dū eq̄dē hercle qd̄ edāt addas. meū ne cōtrūcet cibū
 Pan. Videlicet parcū illū fuisse senē. q̄ dixerit. quoniā ille illi pollicet⁹
 Qui eum cibum poposcerit. An. uidelicet fuisse illum nequā
 Adulescētē: q̄ ilico ubi ille poscit: denegauit dar̄ se granū tritici
 Hercle quia æquū postulabat ille senex quādoquidē filia illæ
 Dederat dotē accipe pro tibicina. Pan. hercle ille quidē certe
 Adulescēs docte uorsutus fuit: quis enim illi concubinā dare
 Dotatam uoluit. An. senex quidē uoluit si poscet indipisci
 De cibo: quia nequit qua lege licuit uelle dixit fieri. fiat ille
 Inquit adulescens facis benigne inquit senex. habeo
 Rem factam inquit faciam ita inquit ut fieri uoles. sed ego
 Ibo intro & gratulabor uostrū aduentū filiis. postea ibo lauātū
 In pilū. ibi fouebo senectutē meā. post ubi lauero. ociosus uos
 Opperiar accumbēs. Pan. graphicum mortalē antiphonē.

hēt faustine: legeſ & nomē toto sparget in ore suū. Aduētū filius, positū p sillabus, hūc locū citat
 libro septio Priscianus exp̄o enniāno: cuius uerba sunt hęc. Filis p te obiecta sū inocēs nerei natis
 pro natabus. Ouidius libro, xlii. metamorphoseon. cubo ea deab⁹ & totidē natis andros fraterna po
 tita, eabus p eis differētiā cā in sceminino genere hemina ptulit i tertio ann alitū. Scriba pontifici: q
 cū eabus stuprū fecerat. Dicit enī de uestalibus. Lauātū i pilū, sūt q̄ legūt in pilā hoc ē in locum

seorsus ab uxore ui
 nēs: hic resutant illi:
 q̄ calibē uocat̄ eū:
 q̄ nūq; uxorē duxit:
 cū itidē celebs ap /
 pellet: q̄ post ductā
 uxorē: & eā demor
 tuā: uisit i lecto ca
 libi: & semoto uxor
 rō negotio uitā foe
 licissimā agit. Præ
 sens apologus. hęc
 enarratio p̄tinet ad
 me ipsū. Deinde
 senes, corrige senex
 Immo duas. i nō
 null exēplari b⁹ hic
 loq̄t p̄philippus.

Pœnitebit, par
 uidebit. Cōtrūcet
 lege cōtrūcēt: cōe
 dat: deuorent. Vi
 delicet. uidere licet:
 apparere p̄t̄i lucre
 ti⁹ uti i hoc signifi
 catu. Filia illa.
 scribe ille sine diph
 thōgo: nequā adu
 lesces ē: q̄ a sene illo
 dorē suscepit & filia
 nec tñ cibū cū puel
 la seni daturus ē: ut
 saltē b̄ficiū sp̄set.
 Si poscet, corri
 ge si poscet. senex i
 q̄t Antipho puellā
 uellet si tñ posset ac
 grere: & ipetras ab
 adulescētulo cibum
 uberē cum scorto.

Habeo rē factā:
 scribo, hēo rē factā:
 hoc ē ego in portu
 nauigo. Iacta sūt sū
 dameta defensionis
 mea: hic sūptū illud
 epigramaticū poe /
 ta. Rē factā p̄p̄ll⁹

Videlicet.

Habeo rē fa
 ctam.Filiis p filia
 bus.
 Eabus.

Pilaris.
Sphera.
Spheristæ.
Pilates.

balnei: quod spheristerion appellat ubi exercebant pilaris: qui uocati sunt spheristæ: q̄ pila solle lude-
rent. Ab orbiculari ambitu sphaera pila uocat: pilum fortassis balnei uocatum quod circūseptum lap-
de candido: cui nomē erat pilates. De hoc Gato. lapis eādidiōr q̄ pilates. In aliā significantiā pilæ ut
riles effigies ex lana cōpitalibus suspendebant in cōpitis: quod esse deorū inferorū: quos uocant lares
putarēt: q̄bus tot pilæ quot capita seruorū: tot effigies quot essent liberi ponebant: ut uluis parcerēt
& essent iis pills & simulacris cōtenti. Quid si legis in peristylum ubi aquæ saliebant. Inibi se lauabat
Augustus ex autoritate Tranquilli. Peristyla enim uocant intercolūntia hoc ē columnarū ordines ser-
tia tū dispositi. Aufonius cōmēminat filr apud herculaneū peristylū fuisse lauacrū & magnificētissimū
peristylon aī ædem herculis: qua tūc in itur. Visitur etiā hodie Mediolanī: quæ ciuitas iſubriæ caput
est: amphitheatrica herculis ædes: quæ sub noie diui laurētii nūc frequētat. Aufonii uersus si sunt.
Et regio herculei celebris sub honore lauacri:

Perystila.
Versus Anso
nil enarrat

Cunctaq; marmoreis ornata peristyla signis.

Spheristeriū

Forsan plautus intellexit lauacrum in pilam hoc est in spheristeriū locum scilicet balnei ubi pila ludit.
De spheristerio Sidonius itidē cōmēminat libro secūdo ep̄larum. Atq; illic aleatorū lassos cōsumpto
spheristerio satiat. Idem. & ecce hic spheristæ se turmalibus cōstanter imiscuit ubi spheristas Apol-
linaris solle ludētes appellat. Spherā quoq; sollem pugillatoriū uocant. Idem sidonius libro octauo.
post oratiōes & pindaricos cygnos gloriæ pēnis euolatū: alex: spheræ nō iuxta dedit. Spheristeriū
deflectit a sphaera hoc ē orbiculari solle: unde spheratilis inflectit. Macrobius libro primo in somniū

Spheratilis.

scipionis. Nec tñ in hanc solā: quā habitamus suspiciem decidunt. sed in latera: q̄bus in terra globo-
fitas spheratilis efficit. scribit lampridius Alexandrū impatorē romanum opam palestræ & spheriste-
rio dedisse. leges hæc in exodo. parabis & acetabular: ac phialas: turribula: facies & candelabrū ducti-

Spherulæ.

le de auro mūdissimū. Flatile eius & calamos: scyphos & spherulas ac lilla ex ipso pcedentia. Hiero-
nymus spherulas aut uas orbiculatū interpretat aut tyarā: quam in figurā semicirculi formatam esse
dicit. Addit hæc uerba: quæ interpretatiōe indigēt. & mūtoria quoq; & ubi quæ emuncta sunt extin-
guunt. Tu scribe emūctoria. sunt enī emūctoria foreipes: q̄bus stiria fungosa candellæ emūgantur.

De emūcto-
riis hierony-
mus emenda-
tus.

Fortassis pilā uocat: quod una colūna fulciebat: balneū: quæ in medio domus collocat: & peculiari
rer in similitudinē atlantis: q̄ ipse fulcre discit calū. Vitruuius se ignorare p̄fitetur cur ea colūnæ
telamones appellentur præcipue cū ennius Atlantē latine uocet telamonē. Huc uergunt seruiana
uerba ex libro secūdo æneidos. Cōstat enim herculē fuisse philosophū: & est rō cur oīa illa monstra
ut scisse dicat. sane Atlas græcū est: sicut nilus. Nam ennius dicit nilū melonē uocari: atlantē uero Tela-

Telamones
columnæ er-
ror Vitruui
Atlas tela-
mon.

monē. Censeo tñ aut peristylū legendū aut epistylū ut poeta de natabulo apud romanā portā intel-
ligat: De quo in sinceris pompel monimētis hæc scripta sunt. Romanā portā uulgus appellat ubi ex
epistulo defluit aqua: qui locus ab antiq; appellari solitus est statua: cincta: quod in eo fuit sepulcrum
eius familiae sed porta Romana instituta est a Romulo i infimo cliuo ut citoria: q̄ loc9 gradibus i qua
drangulis formatus ē. Appellata autē Romana a fabians præcipue quod ea p̄ximus aditus erat ro-

Epistylum.

latura peristyla: in q̄bus sunt quatuor pares porticus altitudinis: aut una: quæ ad meridiē spectat ex
cellioribus colūnis cōstituitur. Id autē peristylū quod nūā altiorē habet porticū rhodiacū dī. Habēt
autē ea domus uestigia egregia & ianuas pprias cū dignitate. porticus peristylorū: albarisq; & re-
ctoris & ex intestino ope lacunarū ornatus: & in porticibus: quæ septentrionē spectant triclinia elzi
cena: & pinacothecas: ad orientē autē bibliothecas: exedras ad occidentē: ad meridiē uero spectātes
ceccos. Quadrata hostia ampla magnitudine uti facilliter in eo triclinis quatuor stratis ministratio
num ludorūq; opis locus possit esse spatiosus. In his cecis sunt utriusq; cōiuta. Non enī fuerat institu-
tum matres familias eorū maribus accūbere. Hæc autem peristyla domus andronitides dñr quod in
his uiri sine interpellationibus mulierū uersant. Adde insum solis hoc est spheræ: de qua paulo prius
diximus spheromachian appellari. Seneca in epistolis ad lucillum: Hoderno die non tñ meo benefi-
cio mihi uacō. sed spectaculi quod oēs molestos ad spheromachia auocauit. Plutarchus filio latino
serpsit iſtrā ciceronis. Ea enim quæ uulgo legit & tractat a triualibus ē Leonardī Aretinī: in plurar
cho talia legunt. Hinc suræ cognomen natū ferunt: quod dominatiōe syllæ cum quaestor esset multa
rerum publicarū perditē administrauit cōsumpsitq;. Quare cū sylla id indigne ferret: & administra-
tionis rōnem exposceret: ille tunc floccipendens in senatum profectus ridiculose dixit. Rōnem mihi
reddere non est: sed præbere surā uti solent pueri cū in ludo spheræ peccauerint. Ob hoc deinceps
suræ iditum illi co-

Rhodiacum
peristylum.

gnomen ē. Gra-
phicō mortalē. ele-
gantē hominē. nō
nulli moralē legūt
qm̄ catholicū illū multiplci uerborū peryodo narrauerat apologū. A graphicō fit graphicoteros.
Vitruuius lib. v. Graphicotera efficient in aspectu delectationē. Id iā nūc. corrige. is iā nūc. Anti-
pho ducit p̄ adulescētulo hoc ē estimat se adulescētulum. qm̄ decet puellas ducitare ut sanguine &

Androniti-
des.
Spheroma-
chia.
Plutarchus i
uita cicero-
nis
Suræ uñ uo-
cat.

Ut apologum fecit quam fabre id iam nunc scelestus esse
Ducit pro adulescentulo: dabitur homini amica: noctu quæ

Graphicote-
ros.

qm̄ catholicū illū multiplci uerborū peryodo narrauerat apologū. A graphicō fit graphicoteros.
Vitruuius lib. v. Graphicotera efficient in aspectu delectationē. Id iā nūc. corrige. is iā nūc. Anti-
pho ducit p̄ adulescētulo hoc ē estimat se adulescētulum. qm̄ decet puellas ducitare ut sanguine &

amore calentes agunt ipsi iuuenes amatorculi. Accendet. Irritet: Inflammet. Lupū i sermōe. ecce Lupus in sermone.
 illum hoīem famelicum parasitūq; qui ut lupus esurit. Prouerbialiter hoc profertur. Scruī⁹ in bucco
 lico ludicro. Lupi moerim uidere priores. Hoc etiā phisici confirmant: qđ uoce deferať iis: quē prior
 uiderit lupus. Vñ ēr prouerbiū hoc natū est. Lupus ē in fabula: quorētē supuenit ille: de quo loqmur:
 & nobis sui præsētia amputat facultatē loquēdi. Capti colili memorē. mones me cōsiliū capti:
 hoc ē cōsiliū: quod coeperā. Nonnulli cari cōsiliū uolūt: sollertis: multiscii: prudētis. Sustentaui. cura
 ui: opā dedi. Ad
 uorū. epignomi
 uerba. Illud qđ ē
 hic gelasimus loq̄t.
 Ambos: & uocē
 scribēdū. ambos ut
 uocē subitelligē de
 stinaui ul' dicere uo
 lui. Si sup̄iat. si
 sup̄uerit loc⁹: i quo
 discumbere possis.
 Obstruxero. imi
 sero me i alquo lo/
 co. Di te pdūt.
 legēdū. di te pduit
 pp̄diderit. Qui
 malū. quō in rē ma
 lā? Tū hāredit/
 tatē. scribēdū tuā
 hāreditatē. In/
 hiat. affectat. Effi
 etēf. elidant hoīes
 i itinere nocturno.
 Lucī⁹ hīs germana
 cōmēorat lib. ii. de
 asino aureo. sed he
 us tu igt caue regre
 dia cōna maturi⁹
 Nam uelana factio
 nobilissimorū iuue/
 nū pace publica in
 facta: passim truci/
 datos p̄ medias pla
 teas uidebis iacere:
 nec præsidiis auxi/
 lia longinqua leuar
 re ciuitatem tanta
 clade possunt. Con
 queritur & satyrus
 iuuenes romanos.
 pacem publicam in
 ficere. Ne eui/
 rat. nonuult feri
 bunt. nā euita pro
 certe euita foras p̄
 ficisci. Quidam le/
 gunt ne bita hoc ē
 ne eas. Lapide
 percussū uel m. eo
 mortifero saxo quo
 scilicet porca ferie/
 batur i sacrificiis ad
 scēdus cōciliandū.

In lecto accendet senem nāq; ædepol aliud quidem illi
 Quid amica possit nescio. sed qđ agit parasit⁹ noster gelasim⁹
 Etiā ualet. Ep. uidi ædepol hoīem haud pdudū. Pa. qđ agit?
 Ep. Quod famelic⁹. Pan. quin uocasti hoīem ad cōnā. Ep. neqđ
 Adueniēs pderē: atq; eccū tibi lupū in sermōe: præsēs esuriēs
 Adest. Pā. Iudificemur hoīem. Ep. capti cōsiliū memorē mōes.

Gelasinus Parasitus Pāphilipp⁹ Epignom⁹ ado. ii.

Gel. f. Ed ita qđ ocepī narrare uobis. cū hic nō adfui: cū aīcis
 Deliberaui iā: & cū cognatis meis. ita mihi auctores fuere
 Ut egomet me hodie iugularē fame. sed uido ne ego pāphilippū
 Cum fratre epignomo atq; is est. Aggrediar hoīem. sperate
 Pamphilippe o spes mea o mea uita. o mea uoluptas salue. sal
 uum gaudeo

Peregre in patriā redisse saluū. Pa. salue gelasine. Ge. ualuit in
 Bñ. Pā. sustetaui sedulo. Ge. ædepol. gaudeo. ædepol ne egomet
 Mihi modiū nūc mille esse uelim argēti. Ep. qđ eo opus est:

Gel. Hunc ad cōnā hercle ut uocē te nō uocem aduorsum te
 Fabulare. illud quidē ambos & uocem. Ep. ædepol te uocē
 Libēter. si superfiat locus. Ge. quin tu stas. obstruxero aliquid
 Strenue. Ep. imo unū hoc potet. Ge. quid. Ep. ubi cōuiuā
 Abierint. tum uenias. Ge. uæ atati tuæ. Ep. una lautum
 Non ad cōnā dico. Ge. di te perdunt: quid agis pāphilippe.

Pan. Ad cenam hercle alio promisi foras. Ge. quid foras?

Pan. Foras hercle uero. Gel. q malū tibi lasso libet tibi foris cōnare.

Pan. Vtrū tu censēs. Gel. iubedū mihi cōnā coqui: atq; ad illum
 Renūciari. Pa. sol⁹ cōnabo domi. Gel. nō enī sol⁹ me uocato

Pa. At ille ne succēseat mea qui causa sumptum fecit. Ge. facile
 Excusari potest: mihi modo ausculta iube cōnā domi coqui

Ep. Non me quidem. faciet auctore hodie ut illum decipiat.

Gel. Nō tu hic abis. nisi me nō p̄spicē cēsēs qđ agas. cauesis tu tibi.

Nā illic homo tum hāreditatē inhiat: quasi esuriens lupus

Non tu sis quam efflictentur homines noctu hic in uia.

Ep. Tanto pluris qui defendant ire aduorsam iussero

Gel. Non it quā tanto opere suades. ne euitat. iube domi

Mihi: tibi: tuæq; uxori celeriter cōnā coqui: si hercle faxis

Non opinor dices deceptū fore. Pan. per hanc tibi cōnam

Inccenato gelasine eē hodie licet. Ge. ibis ne ad cōnā foras

Pan. Apud fratrem cōno in proximo. Ge. certū ne est. Pan. certū

Gel. Aedepol te hodie lapide pcussum uelim. Pan. nō metuo

Noctis dam
 na.

Per hanc coenam. quum ad hanc coenam attinet. Si quidem in ea refert. legendum. si quidem mea refert: si pertinet ad te opera mea ea liberaliter uti potes. Posse aedepol. credo tamen te posse gelasime ueluti cuneus intrudere in partem coenationis aliquam. Si arte poteris. si anguste potes accubare credo superste unicum locum. Cuneos. palos ferreos cuspidatos & acuminatos. Cuneo utimur ferreo ad ligna apud Maro lib. primo georgicon. tum primi cuneis seidebat fissile lignum. A cuneo fit cuneatus. Ouidius lib. xii. metamorphoseon. pminet in pontum cuneatus acumine collis. & maro cuneatum his theatrum uocat. hinc furiosi

Cunei.
Cuneatus.
Cuneari.

surgulae sunt circi: cuneati hic latae theatri seditio. Vnde uerbum cuneari Plinius usurpat lib. iii. naturalis historiae. e radicibus pyrenae ubi cuneas angustissimas iter duo maria paulatim.

Discuncati.

Discuncatum Plinius appellat cuneo apertum: illae se contrahunt. sed frustra discuncatae tanta solertia habetissimis quoque est. Diminutivum cunei est cuneolus. Vitruuius lib. x. Tuum uero modiolus ariet in ea capitula includunt: & in eos cuneoli ferret: quas episcidias graeci uocant. Cunicularis in castris habebatur ad fodientes cuniculos: de quibus haec Renatus uigetius libro. ii. res militaris. Haec enim cura erat praecipua: ut

Cuneoli.

Cunicularis.

quidquid exercitus necessarium uidebatur: nunquam deesset in castris usque eo: ut et cunicularios haberent: qui ad morem bestiarum ducto sub terris cuniculo: murisque intra fundamenta perfossis improuisi se emergerent ad urbes hostium capiendas. portentosa uox dispungenda ex peruulgatis uegetis codicibus. legendum est enim non bestiarum sed belluarum. Ita sane in uetustissimo codice in bibliotheca diuisi Eustorgii posito legitur: & hoc sensus exposcit. quippe ad belluarum cuniculorum morem excogitatus est subterraneus cuniculorum codices: quorum recognitioni praceptor noster praefuit: Sed saepe numero ut ait Vergilius: non audit currus habenas: ita impressores dedecorant bene cogitata: & ab archetypo decidunt. Modestus tyronium cuneum uocat: forsatis quod tyronibus instruebatur. De cuneo Augustinus eleganter in rhetoricis. Nonne quaeuis multitudo eo minus uincitur quo magis in unum coit: unde ipsa cohibitio in unum cuneus nominatus est quasi coeuneus. Catellus. qui tamen canes difficiles sunt & morosi in prosternendo lecto: ut factum sit adagium uulgarissimum: difficillimum esse canem lectum sternere: quoniam ut inquit Franciscus Petrarca dormitum cum canis se circumquaque rotat: ut ignores ubi nam loci puluinem ponere debeas. erat & adagium huic non ab simile. Canis in praesepio in molestos: quod canis nec ordeum comedit: nec equum manducare sinit. Exorabo. ut tibi lectus detur. Gentium. non est hic uoluptatis aetatem tuam oblectaturus. Continuo. mox: statim. In cruce coena. perducere potes. illud frustra panis in cruce trahes: iuxta sententiam gessianam: qui cibo perducitur potest & uti taceat: & uti loquatur. Qui cum uis. pro cum quo uis. postea me derideas redactum ad summam inopiam. Mihi ne sunt haec hominum uerba parasitos inuolantium his uerbis. nunquid conuua parasitus eris: meo ne cibario fiet impensior? Anno grauis. magno pretio ad uictum omnia pertinentia emuntur. Benignitates. comitates: sollicitates. Perire. scribendum perire.

Renatus uigetius emendatus.

Cuneus unum.

Difficile canis in lectum sternere.

Canis in praesepio prouerbum.

Catagelasmus.

Per hortum transibo. non prodibo in publicum. Ep. quid agis Gelasine: Gel. oratores tu accipis: habes tibi. Ep. tua pol refert Enim. Gel. siquidem in ea refert opera: utere. Ep. posse aedepol Tibi opinor etiam unum locum conspicio. ubi accubes. Sane faciendum censeo. Ge. o lux oppidi. Ep. si arte poteris Accubare. Gel. uel inter cuneos ferreos. tantillum loci ubi Catellus cubet. id mihi sat est loci. Pan. exorabo aliquo modo Veni. Ge. huccine. Ep. immo in carcerem. nam hic quidem Meliorem genium tuum non facies: eamus tu. Pan. deos Salutabo modo: postea ad te continuo transibo. Gel. quid agitur Dixi equidem in carcerem ires. Gel. quin iusseris Eo quoque ibo. Pan. di immortales: hic quidem ui in summa in cruce Coena aut praedio peluci potest. Gel. ita ingenium meum est qui cum uis Depugno multo facilius: quam cum fame. Pa. non ergo is tu apud me Satis spectata est mihi iam tua foelicitas dum parasitus mihi Atque fratri fuisti: re confregimur: nunc ego nolo e gelasimo mihi te Catagelasmus. Ge. iam ne abisti gelasime uide quid es Capturus consilii. ego ne: tu ne: mihi ne: tibi ne: uides ut Annona est grauis: uides benignitates hominum perire

cessarium uidebatur: nunquam deesset in castris usque eo: ut et cunicularios haberent: qui ad morem bestiarum ducto sub terris cuniculo: murisque intra fundamenta perfossis improuisi se emergerent ad urbes hostium capiendas. portentosa uox dispungenda ex peruulgatis uegetis codicibus. legendum est enim non bestiarum sed belluarum. Ita sane in uetustissimo codice in bibliotheca diuisi Eustorgii posito legitur: & hoc sensus exposcit. quippe ad belluarum cuniculorum morem excogitatus est subterraneus cuniculorum codices: quorum recognitioni praceptor noster praefuit: Sed saepe numero ut ait Vergilius: non audit currus habenas: ita impressores dedecorant bene cogitata: & ab archetypo decidunt. Modestus tyronium cuneum uocat: forsatis quod tyronibus instruebatur. De cuneo Augustinus eleganter in rhetoricis. Nonne quaeuis multitudo eo minus uincitur quo magis in unum coit: unde ipsa cohibitio in unum cuneus nominatus est quasi coeuneus. Catellus. qui tamen canes difficiles sunt & morosi in prosternendo lecto: ut factum sit adagium uulgarissimum: difficillimum esse canem lectum sternere: quoniam ut inquit Franciscus Petrarca dormitum cum canis se circumquaque rotat: ut ignores ubi nam loci puluinem ponere debeas. erat & adagium huic non ab simile. Canis in praesepio in molestos: quod canis nec ordeum comedit: nec equum manducare sinit. Exorabo. ut tibi lectus detur. Gentium. non est hic uoluptatis aetatem tuam oblectaturus. Continuo. mox: statim. In cruce coena. perducere potes. illud frustra panis in cruce trahes: iuxta sententiam gessianam: qui cibo perducitur potest & uti taceat: & uti loquatur. Qui cum uis. pro cum quo uis. postea me derideas redactum ad summam inopiam. Mihi ne sunt haec hominum uerba parasitos inuolantium his uerbis. nunquid conuua parasitus eris: meo ne cibario fiet impensior? Anno grauis. magno pretio ad uictum omnia pertinentia emuntur. Benignitates. comitates: sollicitates. Perire. scribendum perire.

Prothymia benignitates: et honorificetia. Catey cū nō iueneri q̄ sint p̄thymia: nec q̄ hoc uerbo uerā ipelli possū ut legā p̄thymata: q̄d uerbū est comicū ganeata cibaria significās: quae s̄iebāt añ legitima sacrificia: uocant & thilmata autore aristophantis interpretē: q̄ ποτανα hoc est bellaria cū p̄thymatis enumerat eo uersu. επεδεβουω ποτανα και προθυματα. Si p̄thymata legere placuerit interpretare p̄isse elegācias & muniticetias epulares. Ipsos parasitarier. ipsos diuites officitū parasitoy agere. Iuxta satyri siniam. Nā uexāt limē & ipsi. epigramatarū. Dimisit n̄as purpura ufa togas.

Prothymia.
Prothymata
Thilmata.
Popana.

Et p̄thymia. uides ridiculos nihili fieri. atq̄ ipsos parasitarier
Nunq̄ adepol me uiuū quisquā in crastinū prospiciet diē
Nam intus mihi iam potione uincea onerabo gulam
Neq̄ ego hoc cōmittam: ut hoies mortuū me dicant fame.

Stichus seruus.

Ore hoc fit. atq̄ ē ita mea sentētia. si quē hoiem expectāt
m Eum solent puifere. q̄ hercle illa causa nihil otius uenit
Idē ego nūc facio. qui puifio sagarinū. q̄ nihil otius uenit
Tamē hac gratia iam hercle ego decumbā solus. si ille huc nō
Venit. cadum modo hinc a me huc iuno transferam.
Postea accumbam: qua senex tabescit dies.

Sagarinus Stichus serui. ii:

Aluete athenae: quae nutrices graeciae: terra herilis prima.

f Te uideo libēs. sed amica mea & cōserua qd̄ agat stephaniū

Cura ē ut ualeat. nā sticho mandauerā. salutē ut nūciaret:

Atq̄ ei ut diceret me hodie uenturū. ut cōnā coqueret tēpori.
Sed stich⁹ ē hic qd̄. St. fecisti hercle facetias cū hoc donauisti
Dono tuum seruum stichū. proh di imortales. quot ego
Voluptates fero: quot risiones. quot iocos. quot sauiā saltatiōes
Blandicias prothymias. Sa. stiche. St. hem. Sa. quid fit
Sti. Euge sangarine lepidissime: foro conuiuā dionysiū mihiq̄
Et tibi. nāq̄ adepol cōna dicta est. loc⁹ liber datus est mihi: &
Tibi apud uos: nā apud nos est conuiuiū. ibi noster cōnat
Cum uxore. adeo & antipho ibidē herus est noster: hoc mihi
Dono datunst. Sa. quis somniauit aurū. Sti. quid id ad te
Attinet: proin tu lauare propera. Sa. lautus sum. Sti. optime
Sequere ergo hac me intro. Sa. ego uero sequor. Sti. uolo
Eluamus hodie. peregrina oīa relinq̄: athenas nunc colam⁹
Sequere me. Sa. sequor & domū redeundi principiū placet
Bona scena strenaq̄ obolum accessit mihi

Sti.

Heril' pria. dōtelitū herosū oīum. pria. n. arx fuit athēis cecropis: & prios hoies nōnulli uolūt atheniē
ses: q̄ n̄ ob altā cām uocabāt autochthoni hoc ē idigena. Apulei⁹ tñ phrygas primigenios appellat.
Tpi tēpestiue. Hoc dōauisti. allogē absētē dñm: q̄ ei dōauerat cadū uirtū. Risiones. ris⁹ facetias:
scurrilates. Foro cōluuā. fero cōluuā corrige. Dicta. cōdicta: denunciata. Quis sōniauit aurū
mēdū sēsū lepidū puertēs. legēdū ē. Quis samiauit aurū: puerbials dī cū q̄s aurū hoc ē utnū aureū col
locauit i uase samio. i. rē p̄ciolā i uisū loco p̄er curauit: ut erat illud utnū p̄bitatis & sinceritatis aurea
i uase uili: argillaceo: & samio collocaſ & iſſudere. samia uasa dñr terrea. samiare i uas samitū ponēſ.
Optie. subitellge factū ē. Bōa scena corruptela idiotis m̄i subris legēdū cōna. hoc sēsū. obolū ac
cessit mihi appositue bōa cōna & strēa. Dixius affatū i supiorib⁹ strenā nūcupari dōationē & largitio
nem nūmariā qua utebantur in saturnalitis.

Vincea. funali su
spēsione reſtis: q̄ me
suspendioſū faciā: a
uinciēdo hoc est no
dādo collum nūcu
pata. sūt qui utnea:
sūt q̄ iuncea mallūt
qd̄ oē nō p̄bo. Ex
pectāt. subitellge
cōluuatores. Pro
uifere. morantē cō
uuiā cōluuatores so
lebāt iteruifere: sol
licitare: uti citissime
& p̄patim uentat.

Hac ḡra. hac
sola cōtēplatiōe qd̄
nihilō p̄pantius ue
nit. Iuno saluta
riu⁹ casus. allogē ip
sā amica: quā iuno
nē uocat: qm̄ ea est
& soror & cōiūx iō
uis. In supioribus.
Ne sis irata iūo mea
tuo ioui. nōnulli ut
n̄ legūt. Qua se
nes subitellge Ant
pho cubare solet in
sūmo subſellio accū
bā: & eo loco. i quo
sedet senex: tanquā
hac agant in sens
penetralibus. Malli
tñ legere q̄ senex
hoc sēsū. Iā p̄pabo
accubare qm̄ dies se
nex hoc ē crepuscu
lascēs tabescit: pit
effluit. Quae nutri
ces. subitellge estis.
In ueteri lectiōne. q̄
nutrix es hētur: ut
ad terrā referatur.

Prima arx a
thenis.
Autochtho
ni.
Phryges pri
mi genit.
Risiones.
Samiaū aurū

Obsonatus.
Error Accur
sit.
Sagarinus flu
utus.

Obsonatus. opsonari est pollucibiliter opsoniū emere: unde obsonator iuris perit dicitur is: q
cibaria emittit: etiā si accursius obsonatorē intelligat eum qui ad lectū ægroti sonat: qua interpretatio
ne nihil putidius & obsoletius. Ferte pompā. ferte epulares lautitas & missus: qui fercula popar
rum præferant. Hic introducti serui: cui nomē est sangarinus. uoce fortasse deflecta a sangario flu
uio phrygiæ: qm̄ a patria nomē seruis dabatur. Myrleanus sangaron ipsū dici putat. Hermogenes
in his: quæ de phrygia scribit sangarinā circa rheam in aquam deliquisse: a qua fluuiū sangarium co
gnominari. Xáth⁹
amplius facellū ce
reris aut sangariū.

Cœsare qd
significet.

De fluuio sangario
Apollonius in priō
argonauticon. εὐ
θευδὲ ἀντιπρῆψ
ποταμὸν ὄνομα
σαγγαρίοιο. Ca
do. ut pincerna sis
& pocillator. Co
messatum. hic satis
apparet comessari
uerbum esse: quod
significat post cœ
nam ad alienas epu
las tendere. Gellius
libro quarto. Māu
lia ad tribunū plebis
comessauit. ap̄ eos
dixit comessatorem
mancinum ad ædes
suas uenisse. eū sibi
recipere non fuisse
in æde sua. Martial.
Qui nec leno po
tes: nec comessator

Comessator

haberi: nec pauidos
tristi uoce citare reos. Idem pariter libro nono. Atq; oluere lares comessatore lyæ: creuit & effuso
lætor umbra mero. Ambrosius in epistola ad uercellenses. Nihil illis obesse comessationes: nihil uo
luptatum affluentiam. Tacitus libro decimo septimo. supra nunc & comessationes & scœmnarum
coetus uoluit animo. Augustinus libro de ciuitate dei decimo quarto. Manifesta autem sunt opera
carnis: quæ sunt fornicationes: imunditia: luxuria: idolorum seruitus: ueneficia: inimicitia: conten
tiones: æmulationes: animositates: dissensiones: hæreses: inuidia: ebrietates: comessationes. Seneca li
bro quarto naturalium questionum. Quibus nullum interuallum unquā quo interquiescerent datū
est. sed prandia cœnis usq; in lucem perductis ingesta sunt: & distentos copia ferculorum ac uarieta
te cœmestatio altius merfit. Idem libro secundo declamationum. Madent cani unguento & comessa
tor senex nulli nimis luxuriosus. sed parum sanus uidetur. Hinc quidem. scribendum ex inferio
ribus hic quidem. Pollectura. corrige polluctura. hoc sensu. ita genialiter: saginanter: ubertim:
& copiose conuiuabimur: ut herculi lautissimum sacrificium factura uideatur: quod latini polluctum
uocant. Plautus uerborum nouator pollucturam. Iactura. cibaria etiam: quæ ex nostro polluctum
superfuerint nemini dabuntur præter nobis: in quorū uentrem collatiuū omnia. uenient. Mono
trophe. paucorum conuiuio oblectate. μονοτροφῆς græcis solus dicitur. τροφή esca: educatio: nutrimen
tum. τροφῆτον merces educationis appellatur. τροφῆτος alumnus: monotrophos solitariae ultra di
citur: qui secum in conuiuio & desicis suis nullum admittit: sicuti apud græcos inoleuit hoc adagm̄.
αττικὸς τὰ ελευσινία Sed hic plautinus locus ex penitissimo sacrario disciplinae depromptus. Me
gareses ita canebant. ulue monotrophe: & monophage hoc est te solum cures: tibi soli seruas. Sed
quando monotrophus idem sit apud græcos qui apud latinos cælebs non erit assenum ut hic exclā
met monotrophe hoc est cælebs uiuas procul a contubernio uxorio ducas amafias & concubinas: &
cum his conuiuia & amores exerceas. Fabulis. fabacis: hoc est recentibus fabis cum uiridibus sili
quis. Gellus hac uoce usus est: cum ait fabulo pythagoram non uictitasse: quoniam per id cote⁹ signi
ficatur. Hac uoce usus est Pompeius his. Glossematorum autem scriptores fabæ grani quod hæreat i
fabulo. Recentēs eæ fabæ nec exsiliquatæ dicuntur fabactæ & batanæ: quibus uocibus usus ē Apt⁹
passim Mediolanenses batanas dicitant. Ficulis. sicubus. diminutio est a ficu.

Polluctura p
polluctu.

Monotro
phus.

Atticus eleu
sinia.

Fabulum.
Fabacea.

Batanae.
Ficulae.

Stephanium ancilla:

Irūm uideri nemini uestrū uolo spectatores. quid ego hinc
m Quæ illic habito ex eā faciā uos certiores. domo dudū huc
Accersita sum. quoniā nūciatū est istarū uētuos uiros ibi
Festinamus oēs lectis sternēdis studuim⁹ mundiciisq; apparadis
Inter illud tamen negotium meis curauim⁹ amicis sticho. &
Conseruo sangarino meo cœna cocta ut esset. stichus
Obsonatus est. cæterum ego curando id adlegauim.
Nunc ibo hinc: & amicos meos curabo hic aduenientes.

Sangarinus. Stichus serui duo.

Gite. ite foras. ferte pompam. cado te præficio stiche.
a Omnibus modis tēptare certumst nostrū hodie conuiuium
Ita me di amet lepide accipiāur. quoniā hoc rēcipiēur i loco
Quisquis prætereat comessatum uolo uocari. Sti. conuenit
Dum quidem hercle quisq; ueniat cum uino suo. nā hinc quidem
Hodie pollectura: præter nos iactura nemini dabitur. nosmet
Inter nos ministremus monotrophe. hoc conuiuium est
Pro opibus nostris. satis cōmodule nucibus: fabulis: ficulis.

Olea. scribēdū olea. Interrupto lupillo. lupio macerato. Vilē lupinū cū mero uocauit interpretat⁹ ē serui⁹ abūdātē. De lupino Calphurnius. Qui merere occidua ferale nocte lupinos dī. Plinius libro duodeuigesimo. nec ullius quæ seruntur natura assensu terræ mirabilior ē. primū omnium cum sole quotidie circūagitur: horalq; agricolis etiā nubilo demonstrat: Ter præterea floret: terrā amat: ter rāq; operiri uult. Idē libro trigesimo quinto autor est protogenē cū Ialysum: qui ē usq; hodie romæ dicatus in tēplo pacis pingeret madidis lupinis uixisse: quoniā simul famē sustinerent & sitim ne feri-

Lupillus.

Ialysus.

Crustulū.

Crustū drūe
Crusta

Batiochi.

Batiolæ.

Potorium.
Potaculum.

Fontibus sa
cra dicata.
Iuuenalis de
claratus.
Fontinalia.

Crunare.

Cruni.
Petroni⁹ Ar
biter explica
tus.

De modo se
dendi in con
uulio.
Stribades.
Stribadia.
Carmen uer
gillanti eno
datum.
Honoratior
in medio.

Olea interrupto lupillo cōminuto crustulo sat ē seruo homini
Modeste melius facere sumptū: q̄ ampliter suum quencq;
Decet. qbus diuitiæ domi sunt scaphio & cantharis batiochis
Bibūt. nos nostro samio poterio. tamen uiuimus nos tamē
Efficimus pro opibus nostra mœnia. Sa. amica uter uir ubi
Accūbam⁹. Sti. abi tu sane superior atq; adeo: ni tu scire possis
Facto ego hoc tecū diuido uide utrā tibi libet etiā nūc capere.
Cape prouinciā. Sa. quid istuc ē prouinciæ. Sti. utrū fontale
An libero imperiū te inhibere mauis. San. nimio liqdo libero
Sed amica mea & tua dū cœnat: dumq; se exornat nos
Volo tamen ludere inter nos strategū te facio huc cōuiuio.
Sti: Nimium lepide in mente uenit potius q̄ in subsellio
Cynice accipiemur q̄ in lecticis. Sa. imo enim hic

lus nimia dulcedie
obrueret ē enim ia
lyssus bacchi simula
crum. Crustulo.
placenta denorma
ta in prima domni
mensa: quæ mutila
ad seruos uenit. Tu
uenal. nos colaphū
Incutimus lambētī
crustula seruo. Ser
us libro septimo.
Crustū autē & cru
sta neutro dicimus
de his quæ comedi
possunt. Oratius. ut
pueris dāt crustula
blandi doctores. Tu
uenalis. nos cola
phum incutimus lā
bētī crustula seruo.

Fœminino autē genere fragmēta dicimus: quæ non sint esus: ut concresecunt subitæ currenti in flu
mine crustæ. Batiochis. uin aris uasis amphoris: ita uocant lingua uernacula Bononiēses sermo
nis romani retinentissimi. Nonnulli botiolis non batiochis scribunt. De botiola plauto fit in colace
mentio. Botiolam auream octo pondo habebat accipere noluit. Samio poterio. scribe potio
rio: hoc est cado ad potitandum accōmodo. Dicitur & potaculum si recte memini lampridio. Samio
lum uocat ex samia terra: quæ ad uasa fingenda cōmodissima credebatur. Nostra mœnia. pro
uerbitaliter dictum pro suo modulo seruos uictitare. Huc sententiæ subscribit Oratius ita canens.
Metiri se quemq; suo modulo ac pede uerum est. Satyrus. Buccæ noscenda est mensura suæ. Vrer
utr. scribe uter uis: stephanium alloquitur & interrogat in quo nam locorum: & quem uelit accumbe
re. Fontale. prouinctam fontium: hoc est. nunquid uelis aquæ minister esse. Cicero i libris de na
tura deorum air fontibus sacra dicata: cuius testimonio sultus aquinas poeta: nunc sacri fontes: & de
lubra dicantur Iudæis. Pompeius. fontinalia fontium sacra: unde & romæ fontinalis porta. Cicero
nis ad hanc sententiam uerba sunt hæc libro tertio de natura deorum. Itaq; & fontis delubrum mar
so ex corsica dedicauit: ita intellige carmen id præperiti. pro quo Diuisi fontes: & frigida rupes: In
terpres non uidit cur dicti sint diuisi. Libero. baccho: an prouinciæ uelis superesse dionysia
cæ. Inhibere. sistere: uerbum iuris periti domesticum & familiare: hinc inhibitio uocitata est.
Dum cœnat. nonnulli scribunt. dum comit. sed quod proximus corruptæ uoci fit: & sensui hæ
rentius: plautinaq; uoci conuenientius lego. Crunare. est enim crunare uerbum prisicum: quod signi
ficat tergere: expolire: fingere: disponere ad stationem: ad cōmensumq; capillitium cum lauat: & in
ter comendum spongia & ornamentis muliebribus applaudit & resonat fœmina se comens: ut nep
tō κρουει hoc est ab instrependo deflectatur: a quo uerbo torrentes a montuosis supercillis cum
pulsu & strepitu fluentes: & fontium emanationes dicuntur κρουοι. Plautinus æmulator petronius
arbiter usus est hoc uerbo: Interdum concrunabat spoliatum crinibus uultum. Strategum. præ
fectum copiarum: de quo in superioribus nonnulla. Huc conuulio. lege huc conuulio. Cyni
ce. more cynicorum: qui subsellis ualere dicentes strato pallio epulari consueuerant. In lecticis.
legendum in lectis: ut hinc autumes romanos epulari consueuisse stratis triclinis: & his elatioribus:
unde stibades & stibadia hoc est thori. Cespititias fellas uidelicet usurpabant: quæ demum inualescē
te luxuria factæ sunt marmoreæ: cum ingenui uictarunt marmora tosum. Quod apertissime Maro
ostendit libro aneidis secundo ita canens Inde thoro pater æneas sic orsus ab alto: & i eodem libro
cum dixit. Aurea composuit sponda mediamq; locauit: Describi a uergilio estimato prandium heroi
cum: in quo honoratior collocatur in medio: quod Pomponius mella libro geographiæ secundo sic
enarrat. Inter epulas quot quisq; interfecerit referre latissima & frequentissima mentio: binisq; pocu
lis qui plurimos retulere perpotatis interlocantur: is honos præcipuus est: quod & Interambulandū

honoris specimen obseruatur autore ouidio.

Et medius iuuenum non indignantibus illis.

Ibar: & interior si comes unus erat.

Sellæ adhæ-
soriæ.

Verbū luciā
enarratum.

Culcitra.

Seruius expli-
catus.

Lectus p mē
sa.

Excipiēdog-
hospitum di-
uersus ritus.

Xenia.

Quīnges bi-
bendū.
Mos cū cya-
this saltare.

Quod in spōda collocauerit intellige in spōdatis & adhæforis sedilibus: quæ οκλαδισι uocantur: de qbus hæc lucianus in lexiphane. ΕΚΕΙ, ὅτι οὐδὲ καὶ οκλαδισι καὶ ἀσκαυται. Hæc sessui dexterrima subicella culcitra satyrus appellat: tertia: dicens: ne uacuo cessaret culcitra lecto. subobscura ē carmi nis maroniani seruiana interpretatio. sic enī ait. stibadia nō erāt in usu. sed stratis tribus lectis epula bantur: cum seruius ait in usu non fuisse stibadia intellige ea marmorea: quæ luxu effervescente a cumulo cespitio in marmoreum declinata sunt abacum. Alioquin error esset serui non medio / cris. Apud græcos enim & nostros priscos fit mentio de stibadibus: quos thoros uerto: eos appel / latos a tortis herbis sed de hoc fustius in sidonians annotationibus. Quod subditur tribus lectis cō / sueuise discumbere priscos pcipe lectum pro mensa capi: Mensæ ternæ ponebant. semitotundam pro domino & liberis: hospitibus secundam mensam: tertiam seruis. Romani plane externos comi ter excipiebant in suo sibi triclinio: græci e contrario loca hospitalia a suis separata habebant: quē morem Lucius apuleius describit libro secundo de asino aureo. At uocata ancillula. Photis iquit sar cinulas hospitibus susceptas cum fide cōde in illud cubiculum. Inferius Lucius explicat adiacens cubi culum & seorsum fuisse a milonio: & consueuisse cum photide in suo sibi triclinio coenitare. Iterum seruius. Ipse enim medius apud maiores domini fuerat locus ut aperte Salmstius docet. Igitur disci buere: fertorius inferior in medio super eum. T. Fabius hispaniēsis senator ex præscriptis in summo Antonius: & infra scriba fertorii uersus: & alter scriba mœcenas in imo: medius inter Tarquinius & denatium Perpenna: Quod romani cōmunem hospitaturam haberent docet lucius pollio libro sex to architecturæ. Quadrata hostia ampla magnitudine uti faciliter in eo tricliniis quatuor stratis mi nistrationum ludorumq; operis locus possit esse spatiosus. præterea dextra ac sinistra domunculæ constituuntur habentes proprias tanuas: triclinia: & cubicula: cum penu cellas: primoq; die ad cœ / nam inuitabant. Postero mittebant pullos: ouas: olera: poma: reliqua: res agrestis. Ideo piflores ea quæ mittebantur picturis imitantur: xenia appellarunt. Ita patres familias in hospitio non uide / bantur esse peregre habentes secretam in hospitalibus libertatem. Spondam quoq; pro abaco sesto rio usurpat Ambrosius libro sexto hexaameron. eburneis lectis accumbere preciosum putat: & non cōsideras pretiosorem etiam terram. quæ pauperi thoros graminum sternit: in quibus dulcis requi res: suauis est somnus: quem ille aurea compositus sponda tota perutgil nocte quarit & non capit.

Magis dulcius.
acceptius: amanti9
accipiemur. Hos
bibimus, scriptum
alibi nos bibimus.

καὶ πεντε. Can-
tio hæc græca est:
quæ ita significat:
& quicq; bibe: ter bi-
be: & semiquatuor.
sunt qui legant. καὶ
πεντε πνε: καὶ
τρεῖς πνε καὶ αὐτὰ
τῆρτα: hoc est
quinq; bibe: tres bi-
be: & simul quatuor
Mos græcorum e /
rat: quem hic refert
representatq; poe

magis est dulcius.

Sed interim stragege noster cur hic cessat cantharus

Vide quot cyathos hos bibimus. Sti. tot quot digiti sunt tibi

In manu: cantio est græca καὶ πεντε πνε καὶ τρεῖς πνε καὶ αὐτὰ τῆρτα

Tibi propino decuma fonte. tibi tute inde si sapis. Sa. bene uos

Bene nos: bene te: bene me: bene nostram etiam stephanium

Bibe si bibis. Sti. non mora erit apud me. Sa. ædepol

Conuiui sat est. modo nostra huc amica accedat. id abest.

Aliud nihil abest. lepide hoc actum est tibi propino

Cantharum. uinum tu habes. Sti. nimis uellem aliquid

Pulpamenti. Sa. si horum quæ adsunt poenitet. nihil est

ta: cum cyathis mero plenis saltitare: & primo deos: deinde amicos suos nominare. Cicero in uerrinis. Fit sermo inter eos & inuitatio ut græco more biberetur. Notandum & hoc quoniam de conuulso fit mentio: hic & hæc conuulua dici. Pomponius in autorato. Conueni omnes conuiuas meas. Exopti & anacharis super mensam celebre dictum fertur. Prima cratera ad sitim pertinet. se cunda ad hilaritatem: tertia ad uoluptatem: quarta ad insaniam. Ausonius in gripho ternariū nume ri. Ter bibe uel toties ternos sic mystica lex est. Decuma fonte. hoc est cum scypho decumo: son tem sceminino genere dixit mox ueusto: ut frontem e contrario masculino genere: amnem scemil nino. Inde. Ingere: infunde. Bene uos. uos foeliciter & delicate in uino: amore: & uenustate ætatem agatis. Cantitatio qua conuulantes bene inter se precabantur. Si bibis. si bibere debes: si bibes: si te mero sauciaturus citissime saucia. Poenitet. parum uidetur: nihil est quod seram ulterius.

Melius dicitis, lego, melius dixit hoc est auspiciatus dixeris. Auersa enim propinatione aquatica: quoniam sine cerere & baccho friget uenus. Nihil moror, cōtemno: abicio aquā. Cuppedia, lautiora cibaria. Pompeius. Cuppedia & cupes antiqui lautiores cibos nominabāt: inde & macellū & forū cuppedinis appellabāt. Cuppedia autē a cupiditate sunt dicta: uel sicut Varro uult: quod ibi fuerit cupidinis eq̄tis dom⁹: qui fuerat ob latrocinium damnatus. De foro cuppedinis Apuleius hęc libro secundo de asino aureo. Pergens inqt ad balneas ut prius aliqd nobis cibatuū prospicerē: forum cup-

Cuppedia.

Forū cuppedinis.
Cuppedia a riuus.

pedinis peto inq; eo piscatū op̄parē ex positum uideo. cuppediarius sinceræ p̄bataq; fidei scriptoribus appellatur degulator & helluo. Iā pridius in helioga balo. Amabat sibi p̄tia maiora dici earum rerum: quæ mensæ parabantur: orexin conuulio hanc esse asserēs: pinxit se ut cuppedinartū: ut se plasiartū: ut popiartū: ut tabernartū. potes itelligere pingi se iussisse ut cuppediartū helioga balo hoc ē eo hitu: quo foro cuppedinis p̄fēcti solēt. Cuppedie priā p̄ducta lucreti us prulit Gels⁹ lib. sexto. cōuectabam⁹ ad coenulā nō cuppedias cibos. sed argutias quæstionū.

Quid hic fastidis? qd nūc fastidis? alii legūt hoc. Non hoc ip̄ede. hoc utnū tibi p̄priū habe: hoc referua genio tuo: & quēadmodū i publicū p̄stituis sp̄m

- Tene aquam. Sti. melius dicis. nihil moror cuppedia.
Bibe tibicen age siqd agis bibendū hercle hoc est ne nega.
Quid hic fastidis? quod faciundū uides esse tibi. quin bibis?
